Reſponſum Iuridicum
SECVNDVM.

Pro maturandâ Phriſiorum Supremæ Curiæ ſententiæ executione, adverſus frivolas Camſteranorum exceptiones.

PER

HERONEM AB INTHIEMA,

AD

Generoſos, Nobiliſs. Præſtantiſſimos,

GEORGIVM, & SICCONEM

fratres germanos à Lyaukuma reſpective ſtrenuum Regium Chiliarchum, & capituli Oſnabruccenſis, & Patelborg. Decanum, affines ſuos honorandos.

In calce ejuſdem, mera theologica epiſtola, ad honeſtæ voluptatis amatorem, cum annexo carmine, de veris & menſis May amœnitate, eorumq; effectu, & de temporis & renaſcentis animæ analogia, injuſtè litè pulſatis, non minus utili, quam ad legendum jucundiſsimo, aliiſq; epigrãmatibus, Dominis & cognatis in vacui loci repletionem inſcriptis, reperitur.

LEOVARDIÆ,
EXCVDEBAT
ABRAHAMVS RADÆVS,
TYPOGRAPH. ORDINARIVS.
MDCXVIII.

EPIST. DEDICATORIA.

Multa arduaq; moverunt me rationes, Nobilissimi, Amplissimi, Præstãtissimi, ac summis virtutibus Ornatissimi Domini, Georgi & Sicco, fratres à Laucuma, affines honorandi, quarum respectu, meam operam requisitam, contra Dominos Camsteranos, in promotionem justitiæ, quantum possit, valituram, denegare vobis non debui, inter eas est, quod gravi doloris sensu affectus fuerim, quod vos, à juvenilibus annis, in longinquis oris educatos, & præstantissimis belli pacisque virtutibus instructos, sub unius vocabuli falsissima explicatione, tam injustè vestris paternis sepulchris, contra omnem humanitatem, quasi fugati extiteritis, & sic aliquamdiu Laucumana Domus (ex qua vos, & majores vestri, ante aliquot centenos annos legitimè oriundi estis) honore

hactenus caruer itis, unde non exiguos animi dolores perpeſſi eſtis, & merito cum luctuoſum ſit, agnatorum bona ad alienas tranſire familias. juxt. text. in l. fundo ff. de rei vindicat. & in l. ſi emtorē ff. de minor. 25. ann. text. in l. quæ tutores §. ergo C. de adminiſt. tutor. *Nunc autem, poſt toleratas veſtras ærumnas, ac immenſas litium expenſas. Tu Domine Georgi à Laucuma, cum ſtrenuè pro ablatorum recuperatione pugnaris, nunc rem eo deduxiſti, ut ante paucas ſeptimanas, prudentiſſima Phriſiorum ſuprema Curia, ubique Terrarum celeberrima, dictos Dominos Camſteranos, juſtiſſimè, per reformatoriam ſententiam, legitimè, ad omnium reſtitutionem condemnarit, ut ſi Deo Optimo Maximo vos ex hoc mundi ergaſtulo, ad cœleſtia gaudia avocare placuerit, (quorũ, vitam prolonget Deus fœliciter) abſque ullo impedimento, dictis majoribus veſtris, in Chriſto demortuis, ſepeliendi, adjungi poſſitis.*

Fateor

Fateor ſane, vos plurimis in difficili hoc negocio moleſtijs eſſe circumventos varijs curis laboribuſque agitatos, at nunc demū, vobis pro juſtitia pugnantibus, fœlicem in diſceptatione hac, eventum Deus dedit, ut & veſtris pacifice frui, Deoque & judicibus tam ſynceris gratias agere valeatis.

Et quamvis, veſtri adverſarij liti finitæ adhuc cedere recuſent, dum in puncto reviſionis, prætenſæ nullitatis, juris retent: aliarúmque exceptionum, de novo moleſtius ſtruere dicantur, idque quotidie ab ipſis fieri, & factum eſſe Leovvardiæ Phriſiorum diſſeminetur, quo diutius, veſtris avitis monumentis, injuſtioribus medijs, in deſpectum rei iudicatæ, more ſolito removeremini, nihil tamen eſt, quod ut ægrè feratis, ſed tanto magis ſuper ijſdem letemini, tam injuſtos conatus, quam citiſsmè, non ſolum ſuſtollendos, ſed nunc de novo productos, magnæ invidiæ fructus Camſteranis daturos, quorum reſpectu, ipſis utpote legitimè condemnatis, ſuo tempore,

ne minimus obulus in executione remittendus veniat.

Revisio enim, in proposito, à tua parte impetrata, nunc finita, amplius concedi nō debet, juxt. text. in l. si quis adversus C. de precib imper. offer. innoc. in c. ex literis de rest. in integr. Guid. decis 365. nu. 1. utpote odiosa & reproba revisio revisionis non c. Romana de appellat. nu. 6. text. in l. unic. C. ne liceat. in una eod. caus text. provocar. *Multo minus aliæ exceptiones admittendæ, quæ tantum abest, ut proponi possint, ut ex adverso Patroni, legum pœnis essent subdendi, qui contra hujus Præstantissimæ supremæ judicij sedis notorium stylum, tales, tanquā ex malicia, ad retardandam executionem excogitatas* Iuxt c. suscitata. de integr. restit. *Invehere, & proponere non horrent.*

Constare enim ipsis debet, sententiam præsertim hanc reformatoriam, omnium Doctorum calculo conformem, ac defunctorum

ctorum voluntatibus prospicientem, non obstante aliqua, multo minus nullitatis absurda exceptione, executioni mandari oportere Iuxt. glos. notab. in d. c. suscitata de in integr. restit.

Cùm parum sit, jura condere, litigare, & in foro contendere, nisi sit, qui jura tueatur, & exequatur c. 3. §. præterea de election. tot tit. de re judicat. *Et sententia sine executione idem ferè sit, quod lyra sine chorda, & ignis sine flamma, & calore. Quod ipsum Amplissimæ Curiæ judicio relinquitur latiùs ponderandum. De hac disceptatione, rogatus, à vobis judicium meum dicere, & consilium dare, hac brevi tractatione id effeci, quam tibi Georgi, tibique Sicco à Laucuma fratribus germanis in synceri mei, erga Domū Laucumanam militantis animi amorem, præ alijs inscribere volui, cui adjungere placuit, de veris & mensis Maij amænitate eorúmque effectu, & de temporis, & renascentis animæ anologia, cum epistola ad*

honestæ voluptatis amatorem, hoc breve carmen, omnibus defeſsis, lectu jucundiſsimum, cujus lectione ægros afflictóſque hactenus, diutina negotij vestri diſceptatione animos recreare quodammodo & reficere poteſtis.

Hiſce, Domini affines, honorandi, vos omnipotentis Dei protectioni fideliter, & me vobis in omnibus justis cauſis, quam paratiſsimum futurum commendo, & ut mei ingenij laboribus ex bono Zelo profectis, quàm diutiſsimè hilariſsimis animis fruamini opto. Signatum Leowardiæ *ipſis Cal. Iul. Anno 1618.*

Veſtrorum ſemper amantiſſimus
HERO ab INTHIEMA.

VIRTVTE NON FAVORIBVS.

HERONIS AB INTHIEMA

Consilium Secundum.

DEMORTUI Tyallingij à Camſtera defuncta mater, Domina Siouca àLaucuma, ſub prætextu prioris ætatis, contra diverſorum teſtamẽtorum, ad unum eundemq; tendentium finem, ſecundũ jura divina, ac humana, ſeniori maſculo, aut neceſſarijs requiſitis deſtituto, digniori filio inſcripta præſtantiſsima arcis, eidemque annexorum prædiorum, aliorumque argenteorum familiæ monumentorum, ipſi æternitati conſecratorum legata, inverſo juris ordine, teſtamenti executorum judicio neceſſario implorando, attamen frivole contemto, ante multos annos, contra approbatam paternam diſpoſitionem, invaſit, multa ſuppellectilia ædibus inhærentia, pro libitu, ſuis uſibus applicavit. Quamobrem, ſenior ejus frater nobilis ac ſummi ingenii particeps Georgius à Laucuma, apud Regem Hiſpaniarum, primo ſigniferum, deinde Capitaneum, tertio, propter ejus ſplendida & heroica edita militaria facta, per omnes gradus virtutis aſcendens, Chiliarchum agens, diverſis temporibus, in ſcriptis, hujus injuſtè invaſæ arcis apprehẽ-

Magna ſoreris invadendi audacia.

a) Ergo omne Damnũ inde ejus heredibus obventurum ſibi imputabunt.

ſione ſerio ipſi interdixit, quibus omnibus fraternis admonitionibus planè ſpretis, & rejectis, illa audacius, & tanto violentius priori injuſtæ occupationi potius inhærere quam in aliquo puncto iiſdem auſcultare præſumens, poſtea moritur, cujus veſtigia ejus filius obſervans, quamvis per publicas perſonas eodē modo, propoſito, ut deſiſteret, admonitus, & ſerio inſtructus, æque, obduratè pſeveraverit, quo non ſatiatus, Curiā Provincialē, nobiliſsimis ac ubiq; locorū celeberr. ac doctiſsimis cōſiliarijs prſtantiſsimis ſcatentem, ad vero, ablatæ arcis ejuſdēq; annexorum Domino ac proprietario incutiendum terrorem, in pūcto injuriarum ſupplicavit*, ac ſatis inconſiderate, ppromulgāda[b] citatione interpellavit, eandem quoque obtinuit in hunc modum ſonantem:

** Curia provincialis ridiculosè, ad incutiendū inanē timorem, ab injuſto poſſeſs. imploratur.*

a NB. Has literas ante 20. annos et ultra, diverſis temporibus Eſſe emiſſas: ergo ignorantia ceſſat. confeſsio judicialis, de Laucumana domo, quam in actis cōtra conſciētiam, ubique negaverunt eſſe agnaticam.

b) N. Bene ſeven jaren & ſic habita conſideratione temporis, ad præſens, 1618. annū ſecundū hāc citationem.

Ante 17. annos, reparandi domū injuſto poſſeſſori interdictum fuiſſe colligitur

Wilhelm Ludwich

Graeff tho Naſſou Catzenelleboghen/ Vyanden Dietz etc. Stadthouder ende Capitayn Generael in Vrieſlant/ Mitſgaders de Raden aldaer: onſe lieve beſondere Jarich van Lauckema althans in Vrieſlandt zijnde ſaluyt. Alſoo Tyalling van Camſtera ons te kennen ghegheven heeft/ dat ghy ſijnde ſijn ſupplt. Oom/ t'anderen tyde niet alleene verſcheyden miſſivē aen ſijn ſuppleants W. Moeder haddet gheſchreven. Waerinne ghy pretendeert de gerechticheyt van Lyauckema* Staten ende Landen/ tot Servicium hem Suppleant toebehoorende. Maer oock ſes ofte ſeven[b] Jaren ongheveerlijcken gheleden/ hem Supplt. door twee Notariſſen

ſen

sen hadde doen insinueren dat hy gheen costen ende reparatien aende huysinghe aldaer soude doen/ Ende dat ghy nu onlangs in Brabant synde u by diverse persoonen niet alleene haddet laten luyden/ dat de voorsz Staten ende Landen u souden toe behooren. Maer oock dat erger was/ dat ghy in Vrieslandt comende/ u ipso facto inde possessie der selver gedachtet te stellen. Ende want hem suppl. niet lydelijcken was/ dat sodanige gheruchten door sinistre inbeeldinge onder yder man verbreydet werden/ als oft hy suppl. met onrechtveerdighe titule* soude besitten t'ghene hem niet toequame. Was hy ghenodtzonghen t'ghene verhaelt/ons te kennen te gheven/ ende versoecken tegens u onse provisie van citatie/ om u actie te institueren/ofte u siē ende hooren imponeren perpetuum silentium.

N. B. costen en reparatien.

* Onrechtvaerdige titule.

e) Quas cū sua culpa impenderint, repetere nequeunt.

Soo ist dat wy u citeren ende verdachvaerden in persoon /ofte door u ghenoechsame volmacht voor ons alhier inde Cancellerije op den vijften Septembris naestcomēde smorghens tot acht urē te compareren/ welcken dach wy u voorden eersten tweeden derden eñ vierden ende eenen eyntlijcken rechtdach alsoo peremtorie benoenen/ omme t'aen hooren alsulcken eysch ende conclusie als d' Suppl. etc. voorsz tegens u sal willen doen ende nemen/daerop te antwoorden voorts te procederen ende sien Ordonneren soo na rechte met intimatie indien gy coōt volmacht sent ofte niet/ dat wy evenwel sullen doen ende laten geschien dat recht is. Ghegeven tot Leeuwar-

 den

den onder ons secreet Signet/ t'welck wy inden Hove van Vrieslandt ghebruycken den 25. Julij 1609. Onder de principale deses stont ter syden van t'Zeghel in roden Wasse vandẽ Hove voorsz B. Jeltinga met eenighe strecken.

Citationis contenta.

Per hanc lectam, insinuatam & re productam dictam Sigillo prænominatæ honorandæ Amplissimę Curiæ sigillo, ejusque Graphiarij, omnibus nota manu, respective munitam; & subscriptam citationem, duo potissimum Domino spoliato Georgio à Laucuma nimirum ut ab suæ arcis querela desisteret, aut ad ejus prætensi juris authoritatem, sub pœna perpetui silentij judicialiter imponenda, nisi infra præfixum tempus institueret competentem actionem, demandata esse conspiciuntur, hic, ne suo jure contra avorum conformes voluntates, viventibus fæmellis excludendis, ubique masculos sitientes, privaretur, eandem, habita doctissimorum Iureconsultorum sufficienti deliberatione, post factam, aut institutam ac suo affini intimatam, & reproductam citationem proposuit, magnis & diversis expensis, ac animi corporisq; molestiis serio, circiter novem annos continuè persecutus, & multis ac diversis honestissimis cõditionibus oblatis, injusto possessori factis, planè rejectis, insectari coactus fuit

Lis pro ablatorum recuperatione serio peragitur

**Curia Phrisia laudabiliter errorem commissum, summis rationibus instructa, revocat, & justitiam administrat.*

Curia suprema,* post utriusque factam conclusionem, ponderatis omnibus, quæ ponderari debuerunt, nunc noviter, priorem latam quandam sententiam, quam sapientissimè reformando, condem-

nat

nat Nobilem Virum Dominicum ab Hottingha, utpote defuncti Rei Tyallingij à Camstera filiorum litis curatorem, non solum, prout in actis conclusum fuit, ad arcis Laucumanæ eidemque adhærentium prædiorum, aliorumque jurium, privilegiorum sive pertinentium argenteorum calicum respective possessionem, & restitutionem, huic Impetranti & triumphanti tanquam omnium horum vero legatario cedendam, & cum fructibus perceptis, eorundemque usuris, ac ubique acceptis, & in usum suum conversis, judicis moderamine taxandis, compẽsatis utrimque expensis, dicto Impetranti exolvendis, hac tamen conditione, ut cõdemnatis in ratione sumptuum reparandis ædibus impensorum, jus salvum, si quod haberet, è contrario, eodem modo, triumphanti suæ defensiones, ad declinandos eosdem recto judicio, reservatæ manerent, prout latiùs ex sententię copia intelligere datur inferius descripta.

Acceptis & in usum suũ conversis.

Triumphans Dominus Georgius à Laucuma urget quotidie ejus executionem, è contrario, ædes abjudicatas, sub prætextu prætensarum meliorationum, virtute clausulæ sententiæ insertæ, condemnatas restituere non teneri, multi asserere, & sustinere audent. Pendente sic causa executionis, aliis hoc, aliis illud, quid juris esset, respondentibus, ego infra scriptus ex capite Domini triumphantis insuper requisitus, ut quid sentirem, paucis deponerem, salvo aliorum melius sentientiũ judicio, respondeo Dominos condemnatos, tam ad detinendas ædes, sive executionem aliquo juris remedio declinandã, quam ad ullas meliorationum expensas repetendas,

nullo jure esse vallatos: Hoc igitur ut latiùs ostendatur esse verum, ratio postulat, ut prius non nihil de Domicellæ Sioucæ à Laucuma, ejusque filio, condemnatorum defuncto patre, Domino Tyallingio à Camstera respective violenta possessione, & præsentis publicatæ sententiæ viribus disseratur, quo facto, auxiliante Deo Optimo Maximo, scriptarum legum rationibus ostensis, in veram fidẽ, & credulitatem hisce absque ullo fundamento, obloquentes, & oblocuturos, inducemus, ut nullus existat, quin meæ opinioni præsenti sese quam benignissimè sit accommodaturus.

Repetitio primi cõsilij.

In priori meo consilio disputata indicant, unicum vocabulum **Bern/** & ampliatum **der oldst is/** hoc casu testamentario, filium, & non filiam designare, quo non attento, Dominam Sioucam licet filiam, & extra testatoris potestatem etiam viventem, constitutam, nunc diu, post ejus mortem natam, hasce ædes Laucumanas violentissimo actu aliquamdiu possedisse, graviter non minus quam ejus successorem, ejusque filios hosce condemnatos peccasse, & sic jure retentionis utpote malæ fidei possessores, per sequentia denotandos, virtute Curialis arduæ publicatæ sententiæ indignos habendos, esse.

Quòd, ut à nemine negari queat, certum est, præsens hoc amplissimum castrum Laucumanum, tantum esse legatum, tam à Domino Epone, fratris sui senioris filio, Scheltoni, quam huic Domino Impetranti similiter præ viventibus fœmellis esse da-

tu

tum, & quam fiirmiſsimè inſcriptum, prout irrefutabilibus legibus, ac rationibus; primi dicti conſilij ſex axiomatibus docui. Si legatum ſit, profecto eſt donatio, à defuncto relicta, ab hærede præſtanda, [a] & debita actione vindicanda, ad jura omnibus notiſsima.

a §. Legatū inſt. t. de leg. tex. in legatūm ff. de leg. & fideic.

In propoſito nulla actio pro ejus conſecutione inſtituta probabitur, dum horum avia & pater Tyallingius hæredes nunquam citaverunt, ſed via facti jacenti Caſtro fratri ſeniori, uti dictum firmiter inſcripto immiſcuerunt, juxta ſpeciem facti, in priori meo reſponſo expreſſam, ad quam brevitatis ſtudio, ampliſſimos Curiæ ſenatores, reverenter remitto & ſic illa Domina Siouca, ejuſque filius, etiamſi ordinarius Iudex hoc in territorio fuiſſet, propter hunc exceſſum à commiſſa vi, nullo modo excuſandus ſed male fidei poſſeſſor judicandus:

Si Tyallingius à Camſtera merij & mixti exercitio præfulſiſſet, à commiſſa ſpolij pœna abſolvendus non judiciaretur. cum non minus rex quā ſubditus debitis actionibus niti conſtringatur.

Neminem enim, qui aliqua juris ratione movetur, id ignorare putamus, quin exiſtimet, in quacunque legati, aut alterius rei vindicandæ cauſa, ſive criminali, ſive civili, ante legitimæ condemnatum, & habito judicio convictum, ab executione minimè incipiēdum eſſe: Idipſum Iureconſultus confirmaturus juſque dicentem, quanto magis privatam perſonam, alterius judicio judicandam, ab omni violento actu dehortaturus ait: Iudicē nimis propere, pignora Marcellæ capi, ac diſtrahi, ante rem judicatam, juſſiſſe, prius ergo eſſe, & actione (nota) adverſus eundem directa, cauſa cognita (nota) ſententia accipiatur, [b] quod obtinet, tam in realibus, quam omnibus

b) Iuxt. expreſſ. text. in l. 1. & l. ult. C. de execut. rei judicat.

omnibus civilibus actionibus, ut non, nisi, citatis personis scilicet hæredibus, quorum intererat, & qui citari debuerant, nihil attentare conveniat.

Fiscus ipse, quãto minus privati grassari non debent.

Quòd tam certũ est, ut ne fiscus quidem nisi post sententiam, ullius res auferre possit, propterea, quod jus ita temperandum sit, ne cui ante sententiam res auferantur, ut sententia lata, in hypothecaria adversus eum non extendatur, adversus alium, *l. si fundus §. creditor. & ibi. Bart. ff. de pignor.* nisi de novo agatur, contra eum, licet socium juris individui. Tantum itaque abest, ut juris ordine omisso, uti dictum, si ipse judex jubeat ante causæ cognitionem discussam, debitori solvere, mandatum ejus sit nullum, ac impune ei pareatur, *l. 1. ac tot. tit. & ibi. Bart. C. de commun. epist.* Vnde optima ratione ipsi præcipitur, ut in causæ cognitione versaturus, allegationes audire debeat. *Iuxt. l. judex. C. eod.* neque in alterius præjudicium fulminare, quod si fecerit, judex esse desinit, & pacem cum legibus habere nequit, quarum viva vox, & minister est, non ruptor; *Plat. in apolog. & in 1 de repub. Erasm. in apoph.* In tantum, si ordine juris inverso, æquum quid statuerit, iniquus tamen, propter juris violati terminos habebitur, hac ratione receptum est, sententiam, quamvis justissimam, contra leges, vel senatus consulta, sive principum constitutiones latam, rei judicatæ effectum non sortiri. Quinimo, contra solitum judiciorum ordinem prolatam, nullas vires obtinere. *l. prolatam C. de sent. & inter, l. omn. judic.* Prospiciendum itaque omnibus erit, ne unquam ante emissam inter essentibus legitimè, insinuatam,

Iudicis mãdatum contẽni potest ob rationes legibus hic probatas.

In alterius præjudicium neque, Iudex multo minus subditus fulminare debet.

nuatam, reproductam citationem, institutam actionem, debitam factam conclusionem, super ea secutam rem judicatam, res proprias auferat, & etiam, probato debito, reus adhuc executione minimè infestetur, cum probationes, & instrumenta, non habeant executionem paratam, nisi sit confessio, in judicio facta, vel judiciale jus jurandum. *l. sed etsi possessori §. ult. & ib. glos. singul. & in l. 1. ff. de jur. juran.* idem notat in specie Salicet *ad l. 1. C de execut. rei jud. & ad l. 1. C comm. epist.* Nam licet probandum sit, tamen sub judice lis est. l. *eo tempore & l. quod debetur ff. de pecul.* Et propterea non invadendi existit tempus: Ex his docemur, quantum defuncta domicella Siouca à Laucuma piæ memoriæ, ejusque filius Tyallingius, nunc hi condemnati, aut horum patroni priores excessus quotidie approbantes & insequentes commiserint, & sic, si judices, hi magis, aliis in exemplum erint puniendi, & nunc, nullo modo, condemnati, ad ædes jure retentionis, sive alicujus nullitatis, revisionis, hujus vel alius beneficii tegumine nitentes detinendas, audiendi, imo propter precedentes violētos actus, omni actione si quam habuissent, privandi, existimentur *jux. text in l extat. de eo quod met. caus. l. rescriptum l. hæres ff. de his quib. ut indign. l. 1. §. si duæ ff. quor. legat.*

Debitis actionibus agendum.

Prætori enim visum fuit, neminem sibi ipsi jus dicere posse *juxt. l. in possess. C. ad l Iul de vi privat.*

His accedit, quod creditor, judicio non implorato, rem debitoris invadens tertia parte bonorum mulctetur, & infamis fiat. *juxt. l. ult. l. 1. & l. creditores ff. ad l. Jul. de vi privat.*

Infamia violentos prosequitur utpote omni juris beneficio, indignos.

Illatio. Si hoc obtineat, eo casu, quo justum debitū subsit, quanto magis in proposito, ubi legatum masculis, vel ut apertiùs dicam, fœmellis(uti nullo modo,) viventibus masculis inscriptum, per legitimam actionem repetendum, & ab hæredibus citatis, & refragentib' condemnandis vindicandum, nunc, iis omnibus intermissis, via facti, cum raptum videatur esse, obtinebit? id testantur jura sup, allegat.

Probatio ablata possess. Negari non potest, tempore commissi spolii, Dominum triumphantem Georgium à Laucuma, horum condemnatorum avunculum magnum maternum, summis honoribus ipsis observandum, fuisse in possessione, hujus legati Laucumani.

Propterea, quod mater ejus, Domicella Helena, aut Iella à Decama, virtute paternæ dispositionis, dicto triumphanti, secundum Domini defuncti Eponis à Laucuma prudentissimum testamentum, & hanc arcem assignantis, tanquam omnium suorum liberorum approbata usufructuaria, possederet, quæ moriens, eandem in hunc triumphantem, nullo modo filiam, propter testamenti factam approbationem transtulit, quam, si Domina Siouca, ad illam pertinuisse putasset, contra superiora jura, non invasisset sed citationē domino triumphāti. *juxt. l. de unoquoque in princ. ff. de re judic. & Ias. in l si quis nec causam ff si cert petat.* aut loco ejus, denunciationem, tanquam naturale præambulum emisisset, & paternam dispositionem prius cassari, aut sub provisione se, salvo jure tertii immitti desiderasset. Quòd cum omnino factum non esse constet, profecto quis neget, Dominum

minum impetrantem, secundum superius allegata, summam vim, injuriam, atque maximam injustitiam à sua sorore defuncta Domicella Sophia, aut Sioucka à Laucuma, ejus filio Tyallingio, nunc horum filiis dominis Camsteranis vitiis majorum & hoc momẽto pertinacius insistentibus, passum fuisse, dum non solum super paterna ejus optima, & æqualiter excepto triumphante, ab omnibus ejus octo liberis, re & facto approbata manuali dispositione, tempore facti spolii, non auditus, multo minus citatus, vel super testamento Domini Eponis, ad se defendendum, omni judicio intermisso denunciatus fuerit, bonorumque suorum, violenta manu, ablatorum direptionem, nulla neque sententia, neque causæ cognitione præcedente, hactenus, magnis animi molestiis sentiens, imo diutius sensisset, nisi Provincialis supremæ curiæ assessores, sive summi consiliarii Phrisiæ, nunc magis instructi, sua, juri divino, ac humano consentanea censura, dictos Reos justissimè condemnasset. Vnde nihilominus propter priora violenta acta & facta, à commissa vi non liberati, sed in edictum prætoris incidisse intelligi debent, quod ipsum super sexto themate, sive potius axiomate primi mei consilii, clarius, & fusius deductum patet. *Magna injustitiæ probatio.* *Curia Provincialis cẽsura.*

Ad quid enim leges? Principum placita? & constitutiones pertinerent? quid magistratuum officia subditis prodessent? si unusquisque, pro ut vellet, actiones suas institueret, vel contemtis defunctorum voluntatibus, præscriptis succedendi modis, legumque vinculis, juxta vagi animi motus, vel inimicitiæ invidiæ, vel lucri gratia concitatos, in fratrem, avun- *Principum placita à quovis reverenter obsevãda.*

culum, aut unumquemque via facti progredi atque res litigiosas, aut proprias ejus auferre, posset.

Ex legum violatione perturbata respublica nascitur.

Certè perturbata respublica, existeret, legesque quæ in pie defunctorum prosperitatem, & in viventium & absentium curam, præsentium salutem, contra injustorum inhonestam machinationem aliorũque bonorum ambientium violentiam proditæ, ac inventæ sunt, vim suam amitterent, omniumque rerum confusio nasceretur; quo deplorato statu, & contensioso reipublicæ regimine, nullus à malevolorum insidiis tutus, & securus existeret, nec aliquod propriæ possessionis jus retinere posset, consequens est itaque dicere, primo defunctam dominam Sioucam, deinde ejus filium contemtis legum, & testatorum sanctionib⁹, inverso juris ordine, res firmissimè masculis destinatas, citra omnem juris authoritatẽ abstulisse, meram vim commisisse & nunc hosce successores Camsteranos, vitia majorum hactenus defendentes, justo Dominorum Iudicantium judicio, ad omnium restitutionem, una cum fructibus perceptis, eorumque damnis, ac interesse damnatos [a] nũc propter superius allegatam & insinuatam citationẽ, reos in mala fide constituentem *l. quædam 9. §. 1, de eden. l. tutor 97. à contr sens ff. de minor. vid. Codicem fabrian, fol. 209. super secunda definit in fin.* nullo modo jure retentionis audiendos esse, quod hi, utpote convicti malè fidei possessores impensas deducere non possunt *l. planè l. utiles ff de petit. hæred.* quibus accedit Quod sententiæ verba, comprehant hæc clara **to entwijken/ te relaxueren/laten volgen/en restitueren.**

a Vid. Codicem Fabrianum super tit C. ex delict. de funct.

Sententiæ final. contenta liquida.

Ex quibus

Ex quibus to entwijcken cum adjectis aliis demādatum esse invenitur, prius, condemnatos abjudicatas ędes deserere, derelinquere, & triumphanti cedere oportere, quo facto, postea fructus percepti, eorūque interesse, damna ac usuræ ordine designentur judicibus exhibeantur taxandæ, utpote omnes illiquidæ, verum domum, sive prælegatum Laucumanum cum suis pertinētiis, in defuncti Domini testatoris testamento declineatum, specificatum, atq; omnibus circumstantiis, jurib⁹ atque regalibus descriptum, est omnibus manifestum, & hic sub prætextu illiquidorū, in despectum publicatæ sententiæ detineri non debet. Quod illa quæ certa sint excuti prius oportent, & non cum illiquidis commisceri vel compensari possint *l. fin. C. de compens.* ut & debitum incertum vel controversum in compēsationem non venit *l. si debeas. 22. ff. de compens. l. 3. de tutel. & ration. distrah.* *Pura condēnationi ante omnia satisfaciendum.*

Maximè vel ab hoc, Domini condemnati decies plus secnndum sententiam, & commissam vim, si ipsis aliquid competeret (ut minimè) triumphanti debent, quam ex incertis, illiquidis, dubiis, controversis, & quæstiosis meliorationibus ipsis competere, & sic dolo facere viderentur, qui petere auderent quod restituri forent *l. dolo facit 8. ff. de dol. mal. except l. si socer 44. §. Lucius solut. matrim.*

Ergo clausula primo condemnatis, ultimo triumphanti inscripta, utpote adhuc ex jure determinanda, non potest super liquidis, sententię executionem remorari, quod lites, ex lite, non sint serendæ *l. qui-dam.* *Executio in fraudem legis non impediendа.*

dam ff. si cert. petat. ne quoque legitime condemnatis at malèfidei possessoribus, in præjudicium rei judicatæ, indebitus favor præstetur.

Indebitus favor.

Et ideo res, quæ tali casu, ad hosce; cum vitio pervenit, jure retentionis detineri non potest. *vid. observat. Geil, 12. lib. 2. nu. 5. & vid. Bald. in l. fin. C commod.*

Objectio.

Sed hisce objici potest, ex parte adversa, se malam fidem negare, & bona hæc, justo titulo, secundum patriæ consuetudinem, juris implorationem non requirentem. *juxt. ordin. patria tit. 17. art. 3.* adiisse & sic peccare non potuisse.

Solutio

Ad quod respondetur ordinationem patriæ disponere de bonis ab intestato proximioribus, suis, aut domesticis devolvendis, minimè ex testamento dependentibus, quo casu ipsi hæredes scripti interdicta possessoria implorare, minimè autem ante aperturam testamenti suapte sponte bona in vadere non debent *juxt. l. 3. C. de edict. Div. Adrian. toll. l. 2. C quem testam. aper. l. hac consultissima in fin. C. de testam.*

Si hæredes scripti, à quibus legata repeti, & exegi oportet, propria authoritate, violentam invasionem exercere nequeant, multo minus legatarii propter talem ausum temerariũ raptorum pœnis subjiciendi pro ut super 6. axiomat. 1. mei respons. clarius est probatum.

Nec diuturnum temporis præterlapsum spacium Domin. Reos à mala fide eximere potest, quia, q ab initio non valet, nonq̃ pręsertim tẽpore bellorũ non

ab

convalescit,* etsi aliquo modo triumphanti obstaret (ut nullo modo) Tunc dicendum foret, propter initam treugam, aut belli inducias contractas unumquemq; contra omnem præscriptionem esse restitutum, & ablata, absque ullius judicii figura apprehendere, quem libet licentiatũ esse, quia quo clarius loquar Treuga, sive Hispanicę inducię, rũpunt prętensã pręscriptionem, & omnes iniquas possessiones damnant, irritant, & cassant, & omnia quasi, nonquam acta essent, ad priorem statum reducũt, vid. super his apertos articulos *.

* Bart. ad l. naturaliter nu. 22 ff. de usuc. & l. ab hostibus C. quib. non obs long. temp. praser.

* 13. & 14. 15. 16. 17. & plu. art. Treuga.

Quòd quamvis Dominus Impetrans facere potuerit, & non fecerit, sed eventum litis, omni patientia expectaverit, magis erit laudandus, & Rei miseratione indigni, à quovis habebuntur, quod majori audacia, violentæ, & ad eos translatæ vitiosæ possessioni, sub fuco unius vocabuli **Bern** cum aperta, & manifesta omnium demortuorum injuria, inhumanissime inhærere potius voluerint, quam contra totius mundi doctissimorum virorum, hac de materia disponentium calculum, hoc casu, ubi de perpetuitate domus gentilitiæ agitur masculum requirentium, liti cedere, pro ut in priori respons. latiùs ubique deductum.

Magna audacia.

Sic, ut hæ, aliæque exceptiones, revisionis, nullitatis, restitutionis, læsionis, aut similium quamvis innumerabiles excogitari possent, nullius momenti, & propter Provincialis curiæ nuper pronunciatam sententiam amputatæ, cassatæ, damnatæ, & prorsus in nihilum redactæ censeantur, & à quovis habeantur.

Cujus pronunciati vigore, condemnati, quemadmodum ſuperius probavimus, jure prætenſo retẽtionis minimè admiſſo executionem impedire nequeunt, aut ſi aliquid prætendere poſſunt, ſub cautione triumphantis, in ſuperfluũ, ſi neceſſum ſit, præſtanda, ab hac, ipſis abjudicata Domo Laucumana abire coguntur. juxt. præſtantiſs. Curiæ quotidianũ ſtylum, & obſervationem Præſertim, ipſis poſt relaxatas ædes, nihil virtute dictæ ſententiæ, ad judicandum erit, propterea quod eodem modo, Domino triumphanti ſuæ defenſiones, ad prætenſarum meliorationũ repetitionem elidendam, exjudicato ſint, (uti dictum) reſervatæ, quaſi curia rectiſsimè innuere vellet, neminem ſuper prætenſis impenſis inauditum, & ſuper immodicis conquerentem à limine judicii eſſe repellendum.

Mala fides nihil prometur.

Nunc autem, virtute clauſulæ juris, tam triumphanti, quam condemnatis reſervatę, terminatio, ſtat ſub diſpoſitione legis civilis.

Clauſula ex jure determinanda Curia.

Cui Dominans curia tanquam ſubdita, *text. in l. fin. C de fidejuſſ. & ib. Bart. nu. 1. gloſſ. ordin in l. non ſolum §. fin. in verb. hæredis de novi oper. nunciat gloſſ. ad rubr. C. de decret. lib. 10. Dec. in l. nec ex prætorio nu. 9. & ſequent. de reg. iur. Iaſ. in l. non impoſsibile nu. 1. de pact. Nicol. Everh. in loc. legal.* Non ſecundum hactenus uſitata Camſterana obloquia, ſed novas legum inferendas probationes, ſe accommodabit, & poſt factam ſententiæ executionem, de novo, ſecundum dict. clauſ. hanc, utrumque concernentem, ex æquo & bono judicare dignabitur.

Ego

Ego itaque, prout superius dixi, salvo Dominorum Iudicio, respectu dictarum meliorationum, cōdemnatis nihil resarciendum esse sustinebo. *Opinio justa.*

In cujus meæ opinionis grandius stabilimentum, allego, bonæ fidei possessorem, non solum fructus facere suos, sed etiam deductionis potestatem habere, ut non, nisi prius taxatis & oblatis impensis, attamen necessariis, & non voluptuariis, rem dimittere non teneatur. At qui deducere (uti in proposito malæ fidei possessores prætextu impensarum rei restitutionem recusent non possunt, sed tantum quas fecerūt tollere, si modo, sine rei detrimento facere possit, sin minus, carebūt, loquitur enim Dom. Antonius Faber, satis pulchrè, in libr. suar. Conject. *2.capit.* 1. hoc modo. At cum tolli impensæ non possunt, nulla ratio est, ut quicquam prestet, pro ea re, quam invito, scilicet malæ fidei possess. consequeris, cujus Domini Fabri opinioni adfine est, quod malæ fidei possessor solum, per factam citationem aut denuntiationem incipiat esse. *juxt. express. text. in l. item veniant. §. petitam autem ff. de petit. hæred.* *Reos malæ fidei possessores esse, docetur ex primo meo consilio, per totum præsertim, axiomatum 5. & 6. probationibus & superioribus his deductis.*

In proposito negari non potest, defunctæ sorori Dominæ Sioucæ, ejusq; filio Tyallingio tā p publicas personas, quam diversas transmissas inhibitorias literas, ante multos, & diversos nimirum 25. aut 30 annos, scriptum & insinuatum esse, ne quicquam in domo huic Impetranti assignata impēderēt, restaurarēt, & meliorarēt, hac comminatione, si facerent, nihil sive tantillum ipsis, à sese restitutum iri, quemadmodum, ex superius recitata citatione Camstera- *Interdictionis probatio.*

na, eidēq; inſcriptis defuncti Rei propriis allegatio-nibus intelligere datur. Vnde nunc, iis inhibitionib⁹, ōnibus ſpretis & frivole contētis, ſecundū jura, & ꝓpriam hanc judicialem citatione emanantem con-feſsionem, omnium probationum fortiſsimā, nihil repetere habent, idque propter malam fidem.

a) Et ſic notorium inducentem c. fin. de coli. cler. l. generaliter de nō num pecun. Alex. in 3. col. vol. 7. Bald. in l à praecedente C. de dilat.

Et licet ſuſtineri poſſet, in effectu ædes antea cō-buſtas reſtaurari oportuiſſe, nunc reſtauratas, impen-ſa eſſe reſtituenda, ne petitor alterius jactura locuple-taretur, Reſpondetur id verum eſſe, quo ſcilicet Do-mini conſenſu, ſive ad ejus beneplacitum, hæc per-acta fuiſſent, verum defuncta Domina Siouca, ejuſ-que filius, eo animo, non ut alterius rem ruinoſam ſalvarent, ſed ut eandem, dolo, fraude, & omni cal-liditate per totum ſubtraherent, aut immodicis ex-penſis, ita gravarent, quo, tempore condemnatio-nis, ipſe triumphans, aut propter inopiam, aut prop-ter impoſsibilitatem loci, aut alterius qualitatis eam redimere ſive luere non poſſet, aut ad minimū tan-tis ulterioribus, variis & diverſis litigandi procraſti-nationibus, aliiſque in rei judicatæ deluſionem ex-cogitatis ſubterfugiis, lite pulſaretur, & diutius vexaretur, ne aut ablatorum recuperandorum diem viveret, aut adeo, hiſce peſtiferis moleſtiis extenua-retur, ut ad nutum, male agentium, ſeſe improbæ tranſactioni ſubmittere, aut per totum liti, ex lite naſ-cituræ cedere, & re infecta, hujuſmodi conatibus ac-quieſcere teneretur, propter quos nefarios actus ra-tio legum ſuadet, ut propterea nihil (uti mox dictū) repetere habeant, quod nemini dolus & fraus patro-cinari, ſive ex hiſce delictis ullam utilitatem meliora-tionum capere poſsit, ac *jux. l. ult. ff. ſi à parēte quis ma-numiſſ.*

numiss. fuer. l. relegatorum §*.fin.ff. de inted. & releg* ac, debeat, imputent itaq; sibiquod cōtra diversis literis, & per publicas personas factas protestationes, & inhibitiones, in rem raptam & sic alienam impenderint, & suo, non proprietarij ædificandi judicio adhibito, ad fraudandum, malo proposito, inhærentes, extruxerint, cogitentque non esse hoc damnum, quod sua notoria & manifesta culpa [a] sentiant.

Quod adeò verum est, ut si Domina Siouca, aut ejus filius consensu triumphantis, hasce ædes inhabitasset, & earum administrator, aut sui avunculi negotiorum curator aut gestor (uti minimè) fuisset, & non attentis dictis hisce in citatione Camsterana expressis inhibitionibus, tantas expensas fecisset, eodem modo, ne quicquam, prætendere posset. *juxt. express. text. in l. fin. C. de negot. gest.*

Quæ lex cum in hypothesi nostra, clare disponat, ut nullus, eidem reclamare, vel in ejus præjudicium, injusti & rectè condemnati detentoris nomine, meliorationes parvas, aut exiguas, hujus, vel istius respectu calculandas, contra inhibitionem prætendere præsumat, eandem verbotenus hisce subjicere placuit, in hunc modum tonantē: SI QUIS NOLENTE, & specialiter prohibente domino, rerum administrationi earum sese immiscuit apud magnos authores dubitabatur, si pro expensis, quæ circa res factæ sūt, talis negociorum gestorum habeat aliquam adversus dominum actionem.

Quam quibusdam pollicentibus directam vel utilem

a) text. in. prop. io §*. itē supra ff. de procur. text. in l. si cōmunis familia de noxa. in l. inter coheredes* § *quod ex facto fāercis vid. Dijn ad l. damnum. de reg. jur. itē specul in tit. de expens.* §*. nunc de expens.* § *caeterum & ibi. Bart. in l. si pignore de pign. actiov. Ab. c. finē. lie de dol. & cōtum vers. ins super quero & not. imol. per text. in l. damni infecti quidam* §*. cum parietem in prin. de damn. infect. Alex, consil. 219. quoniam in q. lib. 11.*

tilem aliis negantibus (in quibus & ſalvius Iulianus fuit,) hoc decidentes, ſancimus, SI contradixerit Dominus, & cum res, ſuas adminiſtrare prohibuerit, ſecundum Iuliani ſententiam nullam eſſe adverſus eum vel directam * vel utilem contrariam actionem, ſcilicet poſt denunciationem, quam ei dominus tranſmiſerit, non concedens ei res ejus attingere licet res bene ab ipſo geſtæ ſint.

** Alias adverſus eum contrariam actionem.*

Notentur hæc licet res bene ab ipſo geſta ſint.

Quid deinde ſi Dominus aſpexerit ab adminiſtratore multas expenſas utiliter factas, & tunc doloſa adſimulatione habita, eum prohibuerit[a] ut neque anteriores expenſas præſtet? quod nullo modo patimur. Sed ex quo, ea teſtatio, ad eum facta eſt, vel inſcriptis, vel ſine ſcriptis, ſub teſtificatione aliarum tamen perſonarum[b] & eo die, pro faciẽdis meliorationibus nullam ei competere actionem &c.

a. Quod hic nullo modo sed ante prætenſas meliorationes factum, ex cõdemnatorũ citatione apparet, ſuperius inſerta.

Certè, ſi ſyncerus, ac probus negotiorum geſtor, propter factam ſibi inhibitionem, & prohibitionem ne quicquam impenderet, exigere nequeat[c]. Quanto magis invaſor, malæ fidei, ac multorum teſtamentorum diverſis plagis, ac pœnis ſubjectus. perturbator, & nunc, ex merito ſuo malo, ad ablatorum reſtitutionem condemnatus, ſuper omnibus prætenſis falſiſsimis maximè nullitatis, & melioramentorum proponendis nugis repulſam patietur?

b. Quod utrumque juxta hiſce inſcriptam Camſteranã citationem factum fuit.

c) vid. 5. axiomatis probat. conſil. Heron, ab Inthiema.

Hoc ipſum Domini Senatorij ordinis viri prudentiſsimi conſiderantes, prætenſum jus meliorationum condemnatis & triumphanti, in contrarium

contra

contra idem intentandum, defensiones reservarunt.

Triumphãti reservatũ jus fortius.

Cujus juris authoritas, triumphanti inscripta, utpote ultima & condemnatis prætensarum reservatione posterior, potior, & efficacior, intelligi debet, quod illa superioribus diversis legibus, & rationibus insuperque in principio impressa citatione munita, & stabilita, hæc Camsterana, nisi omni jure destituta, imo mera calliditate, astutia, ac defraudandi & veros dominos excoriandi practica vestita inveniatur, & sic sententiæ posteriora verba fortiùs ligant, stringunt, & præ cæteris operosiora, ne virtute eorundẽ, condemnati nihil consequi possint, quibus quoque nihil adjudicatũ nisi prætẽsum jus meliorationũ simpliciter triumphantique contradicendi (uti allegatum est) reservatum inveniatur, quod nunc prolatum, sive ad judicium, in triumphantis viliorem & longiorem exclusionem adductum, tam inefficax, insufficiens, & secundum omnium legum superius allegatarum rationes, imbecille & indignum haberi oportet, ut per semetipsum, propter solam præsentem citationem adeo ruinosum, & caducum existimandum sit, ut ejus respectu, virtute triumphantis, ex judicato competentium, & sibi resultantium, fide dignissimarum defensionum, illud ipsum evanescere oporteat.

Nam Curia Provincialis, si condemnatis aliquid harum nomine deberi putasset (ut secundum omnes circũstantias) ejus opinione salva (nullo modo,) tunc de domini triumphantis defensionibus reservandis, in posteriori sententiæ suæ parte, sollicita non

Curiæ manifestum factum.

Nunc re& facto, scilicet defensionum reservatione expressa, plus fecit, quam aliquibus ulterioribus verbis exprimere potuit. *Iuxt. text. in c. dilecti elect. 2. de appell.* & plus est facere, quam pronunciare. *text. in l. si tamen §. ei qui ff de ædilit. edict.* Et potiora sunt hæc curialia facta, ad declarandam voluntatem, quam verba, quæ sepenumero huc & illuc torqueri possunt. *vid. Philip Dec. ad l. non vult. nu. 9. de reg. iur.* Et major favor juxt. superiora allegata ex iisdem resultat Impetranti nunc triumphanti, quam Reo, condemnato. *text. in l. de die ff. qui satis cogunt.*

Confessio magna.

Quòd nisi ita esset, Reus invitus ad judicium tractus, semper negaret actoris intentionem *l. inter stipulantem §. 2. de verb. oblig. & l. si quis ff. de judic.* Ergo creditur inhibitionum narratis Laucumanis, propter factas denunciationes, in sæpius allegata 25. Iulii A°. 1609. impetrata citatione expressas, ne Camsteranis aliquid ędificare liceret, quæ confessiones p̄sertim judicialiter factę; tam sunt manifestissimę probationes *l. non intelligitur §. tacita jūcta. gloss. in verb. probationib° ff. de jur. fisc.* Vt nullę fortior res requirēdę aut optandę veniāt. *Ias. in l. cum te transigisse col. 1. & 2. C. de transact. & in l. si duo §. idem Iulianus col. 3. ff. de jur. jurand. Iason. in l properandum in princ. colum. fin. vers. tertio limita C. de jud.* Quarum respectu nemo, legitimè condemnatis, in earundem præjudicium, aliquid deberi, affirmare poterit.

Præsentia enim, quasi furibundo animo, in re aliena neque decreto judicis, neque consensu proprietarij, aut hæredum implorato, sed ex abrupto, inconsiderate manifesta vi apprehensa, contra insinuatam

nuatam protestationem, & diversas minatorias literas immodice facta melioramenta, restituenda non esse, lucè clariùs, naturali æquitate quēlibet id affirmare constringente, & urgente, credere debemus.

tendendis, in honorem Curiæ Provincialis fieri oportere, jura disponunt præsertim in hac causa revisionis, quæ ita juri ac justitiæ conformiter est terminata, ut triumphans eidem cõfidens paratus sit mille ducatos contra mendaciis falsisq; indecenter detortis legibus nitentem, periclitari quatenus eãdem pecuniæ summã, pars adversa, ubi lite tertio cadat, refundere voluerit, si in unica syllaba, quo ad justitiæ administrationem illa dicta sententia, alicujus injustitiæ aut nullitatis convinci, aut vocabulum Bern viventibus masculis, ad fæminam quamvis seniorẽ, hoc casu testamentario, apud ullum judicium totius orbis terrarum intelligendum, aut in masculi dignioris exclusionem trahendum existimari posait, qua præsentatione* cuique pecuniarum litiumque pessimarum avido ac irreligioso causidico indicta, adhuc idem triumphans, modo de jure teneretur, sufficientem cautionem præstare se paratum exhibet, si aliquid post factam executionem à condemnatorum part obtineri posit (ut minimè) se libenter restiturum promittit, ergo omnino tantæ Phrisiorum supremi judicii sententiæ executio, hujusmodi subterfugiis denegari, sed de facto concedi debet. *Iuxt sæpius repet. c. suscitata de in integr. rest. & ib. Panor.* qui dicit hoc observandũ ubicunq; judicem tales moverint præsumtiones, sic tamen per cautionẽ non posset provideri juri illius prætenso, contra quẽ fit executio ea (nota) interim non suspenditur. Quia cum

** Hæc præsentatio 27 Iuni ãni præsentis ab ipso triumph. coram executionis commissario sũmo ac Nobili Viro Ernesto ab Harinxma primario nẽpe seniore Phrisiæ consiliario utpote mordacibus verbis lassessito condẽnatorũ matri domicellæ Tyemka Æbinga ejusque advocatis est oblata, quam acceptare ausi non fuerunt.*

provisio

provisio c. suscitata obviet dispositioni legali, tales supplicationes ad impediẽd. execut. non attẽduntur. *vid. Specul. tit. de suppli. §. differ. & vid. Bald. in 2 not. C. de prec. imp. offer.* si jura in terminis Imperij hic & ubique talia statuant, quanto magis hac in Phrisia, ubi superior Curia aliorum jussibus non est subjecta, & in secunda revisionis instantia, priorem sententiam cõfirmare vel reformare commissa ex plenitudine potestatis, gravitate sua ad exequendum transibit? ne ejus authoritas, nũc individua, juste condemnatorũ fictis, & falsis exceptionibus diminuenda pessimè corrũpetur, ꝙ dividere individuũ non est dividere, sed corrumpere. *juxt. l. stipulat. §. idem puto ff de verbor. oblig.*

Curia provinc. absolutam potestatem post determinatam revisionem exercens, in quibusdam Camsteranis oppositionibus, 7. Iulij coram honorando senat. Harinxma productis, tam acriter est injuriata & ꝑ læsionẽ unius Senatoris apertis mendacijs notata ut eorundem authores, examinatos, et accusatos, emendare. juxt. L. observandum. ff. de o. fic. Præsed & in honorẽ ejusdem ad exequẽdum, descendere dignabitur.

FINIS CONSIL. TERTII.

Quem finem, Carmen prædictum respiciat, ad honestæ voluptatis amatores, authoris Præfatio.

SI quis externarum rerum pulchritudine delinitus, non in ea persistat, sed ad divinæ pulchritudinis imaginem (cujus participatione, omnia pulchra sunt pulchra,) referat, eum hac brevi præfatione admonitum esse velim, me de jucunditate, & amœnitate mensis May, præsẽs breve Carmen, divini numinis afflatu, nullam aliam ob causã, quam ut lectorem & honestæ voluptatis amatorem, à sensibilibus ad insensibilia, & pulchritudine rebus Corporeis inhærente, ad divinam pulchritudinem, quæ oculis mentis conspiceretur, ejusque amorem perducerem, texuisse: Nam cum omnia, quæ agunt ad finem aliquem tendant, ne progressus sine scopo

existeret,& appetitus efficeretur inanis,à jucunditate rerum visibilium ad mentis delectationem,totius mundi voluptates, referre conatus sum. Siquidem nulla est ars, nulla scientia, imo nulla res per se subsistens, nisi ad Authorem Deum,tanquam ultimum finem, extendatur. Qua ratione motus regius ille Propheta David in Psalmis affirmat, cœlum enarrare gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciare firmamentũ, diem diei eructare verbum, & noctẽ nocti scientiam indicare, quod nisi ita fieret, eveniret, naturalium rerum inquisitionem, si non ad ultimum finem Deum referatur, periculosam admodũ existere: In tantum, ut neget Plato, astronomum superne suspicere, nisi ab ipso cœlo prospexerit super cœlum, quod cælestia per se integrum ordinem non impleant, sed à superiore quodam, id est Deo, intelligantur dependere. PræptereaMusicum,non esseMusicum, nisi à consonantia vocis ad intellectualem se receperit consonantiæ rationem. Vnde efficitur omnia in actione posita ad ultimum finem referenda esse. Et ideo legalis scientiæ ultimus finis est, subditos non solum per justitiæ administrationem in pace conservare, sed etiam civium animos per omnium virtutum gradus pro viribus ita componere, ut expeditam adepti tranquillitatem, divinorum operum causas & rationes perscrutentur, & in his quasi speculis authorem Deum meditentur & colant,in speculatione sapientia, in cultu religio, in ambobus tota humana fœlicitas & ultimus legũ finis consistit. Quare si mens à Caliginosis materiæ sordibus, sensuum affectibus, & fantasiæ imaginibus purgetur, tunc Deus ipse in suam mentem, tanquam

quam purgatum speculum, influit, divinam sapientiam, & rerum omnium scientias infundit, quibus illuminatus homo verum gaudium & voluptatem percipit, & completur, quod ait Propheta David, de renatis: Domine saturabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatum tuarum potabis eos, siquidem apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Qui mente purgata in Deum trahuntur, incredibili gaudio & voluptate afficiuntur, adeò ut ejus perceptione, & gustu, non solum divitias, honores, & totius mundi gloriam pro nihilo ducant, sed nullis tormentorum minis, persecutionibus, paupertate, & ne morte corporali quidem ipsa, à tali mētis dulcedine abstrahi se patiantur. Habent enim uberrima pascua comtemplationis rerum divinarum, & juxta aquas refrigerij æternitatis speculatores sedent: dicentes, in omnibus requiem quæsivimus, sed in hęreditate domini morabimur. Tales habent mēsam de qua similiter Propheta David loquitur, his verbis: parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me, impinguasti oleo caput meum & calix meus exuberans est, ubi oleum pro afflatu Spiritus Sancti accipitur, caput pro mente, quemadmodum enim oleum lucem nutrit, laborem levat, & faciem exhilarat, sic Spiritus sanctus animi lucem fovet, mentē reficit, & hominis cor lætificat. Quamobrem honestæ voluptatis amatores, quæ ex relatione visibilium pulchritudinis ad primum rerū omnium principium in purgata mente resultant, ut vos à sensibus abducam, & in ipso corpore mortali constitutos, ambrosia, & nectare, quasi loto, inter ipsos fluminis lethei fluctus, aliquo modo pascam, ipsius

Veris, & mensis May jucunditatem, ad divinæ mentis suavitatem præsenti carmine traducere volui, ne quasi seorsim à Deo, in corporeis gaudentes, ipsum Deum ignominia afficere, & vosmetipsos in tẽporali & sordida voluptate persistentes, fallere videremini. Exiguum igitur hoc carmen sic legite, examinate, & perpendite, ne præter authoris intentionem, ad nudam sensuum delectationem, quæ ex corporeis proveniens sui satietatem parit, sed ab ipsorũ sensuum titillatione, per Iesum Christum, ad ipsum patrem omnium creatorem, primumque principium referatis. Quod si feceritis, Deus Opt. Max. ita mentes vestras erudiet, vt verorum bonorum suavitatem sentiatis, cætera omnia amara judicetis. Valete, raptim. 13. Iunij, 1618.

Hero ab Inthiema.

INterit *assiduo præsens satiata voluptas,*
Plena sitit varias conditione vices.
Hinc Deus omnipotẽs in tẽpora quattuor an-
Dividit, assignans dona cuiq; sua. (nos
Mitigat in tristi quod tempore contigit, omne,
Dum bonus in melius sydera versa rapit.
Ponderibus suspensa fluunt & ab ordine recto
Erudiunt homines, cuncta creata docent.
Procreat Autumnus, tempestatesq; ministrant
Sydera, sunt raris, ventus & aura locis.
Alta melancholicos Autumni tempore cura
Efficit, aspectu, grata trahitq; necat.
Postea frigoribus miscet, rotat omnia terris,

Devores

Devoret absumens ut sibi tristis hyems.
Et varios generet morbos & corpora lædat,
Donec ad interitum pondere fracta ruunt.
Frigida transit hyems; niveis hirsuta capillis,
Nec modo concretis plaustra trahuntur aquis.
Nunc Zophyri molles spirant, aquilone relicto,
Et Boreas cessat, grandoq; nixq; perit.
In Mare dulcisonis labuntur fluctibus amnes,
Impediunt nautas flumina nulla gelu.
Altius egreditur thalamo, terrisq; propinquat
Titan, ab illius prosilit axe Calor.
Siccatos igitur campos proscindit aratro
Rusticus, & culta semina mandat humo.
Tempora grata Viris conversa elementa ministrant,
Exhilarant animos, tristia corda levant.
Vere novo incauti pisces capiuntur ab hamo,
Et sua piscator retia fundat aquis.
Surgite, Majus adest, bella ad nova gaudia Nymphæ,
Surgite tam læto tempore, Majus adest,
Majus adest vario depingens arva colore,
Inq; novo cultu tota superbit humus.
Nunc volucres varijs concentibus aera mulcent,
Conficiunt nidos, & Philomela canit.
Vnisono Cuculus lætatur ab arbore cantu,
Et strepitu vario Rana coaxat aquis.
Ludit ab electis, pinsitq; Ciconia tectis
More suo, nidis ovi reposita fovet.
Altaq; conspicitur, per pascua læta vagari,
Inq; suum ranas colligit ore cibum.
Pascer inex hausto coitu meditatur amorem,
Comparis, ardorem temporis hujus habet.
Pica loquax saltat, domibus vaga cantat hirundo,

Et trabibus luteum garrula fingit opus.
Nunc crocitant corvi, cornixque monedula risus
Omnibus ostendunt tempore grata novo.
Instar alauda Crucis, modulatur in æthere Carmen
Pendula, suavisono prædicat ore Deum.
Anser in obstreperos, gaudet sua pignora, pullos,
Vndique per Campos conspiciuntur apes.
Ingemit aerea strepitu quoque pia turtur ab ulmo,
Atque avium cantu personat omne nemus.
Funeris ipse sui Cantator Cygnus ad oras
Fluminis hic pullos arte natare docet.
Denique quadrupedes atque omne volatile Cœli
Intentant varijs se geminare modis.
In terris & aquis nihil est, & in aere, quod non
AEstivum moveat tempus amore sui.
Multa quid? amplexu conjunx satiata mariti
Tempore frondifero jubila festa canit.
Nunc lepus in leporem naturæ fertur amore,
Inque suum taurum læta juvenca ruit.
Vermibus admixtæ vermes recreantur & ardent,
Musca cupidinea cuspide tacta salit.
Hactenus in stabulo fœno nutritus asellus
Exit, & in pratis gramina carpit equus.
Nocte dieque greges placidis pascuntur in herbis,
Prata per ignavum luxuriatque pecus.
Vbera plena gerunt distentaque lacte Capellæ,
Et premitur mollis Caseus arte manus.
Nunc salit erectis caudis vitulusque superbit,
Temporis impulsu grata per arva vagans.
Nascuntur frutices, jucundo sole micante,
Spemque sui præbent, imbre rigante, rosæ:
Proveniunt flores, vestitur crinibus arbos,

Seminibus

Seminibus jactis dedala terra viret.
Mox hyacinthus erit, violæ, vel Caltha resurgent,
Adventu properant alba ligustra suo
Spem quoque purpureo præbent vaccinia succo
Prima pube placet lætior ipsa seges.
Nunc plantatur holus, nascentia fragra virescunt,
Hortus & artificis ridet ab arte manus.
Mense novo gratos gratis largitur odores
Herba, soporiferam vimq; papaver alit.
Omnibus arrident Dryades, per prata naphea
Efficiunt grata, grata colore novo.
Agresti capitis prodit Silvanus honore,
Et ferulas virides, lilia magna refert.
Vndique depicti splendescit gloria campi,
Vt minor his cedat, vel Salamonis honor.
Pictor ab arte nequit, quantas natura figuras
Pingit, & innumeris exprimit orbe modis.
Exhilaret, moveat cunctos, novitate jacentes,
Adveniens majus, tristia corda levet.
Qui gaudere feras cogitq; animalia Campis,
Et frutices cultu, vestit ubique suo:
Nunc homines tangat vel grata colore rependat
Gaudia, per sensus crescat ubique decus.
Frigore qui sterilis fuerat modo tristior annus,
Si nunc vere novo, gaudia tanta ferat.
Fundat odoriferas herbas, & floribus ornet
Terra, vel ornatu splendeat ipsa sui:
Turpe negare fuit homines ex labe jacentes,
In melius mores non renovare suos.
Semper in accitis vitijs durare, nec unquam
Ex hyemis scabie, post meliora sequi.
Machina præsentis mundi, res ipsa Creata,

Prædicat authorem non ſine laude Deum.
Orta dies verbum ſpirat noctesque miniſtrat
Iuſtiam, Cæli gloria corda docet.
Hinc natura homini ſupra caput aſtat & offert
Dogmata, per varias, tempora, ſtructa vices.
In radice latent hiemali tempore vires,
Languida cur folijs arbor ubique caret:
Et quamvis pereant per brumam gramina ſilvæ,
Hæc tamen ut vivant ſidera verſa dabunt.
Aſſumentque ſuam faciem, per mille colores,
Et ſolito ornatu quo placuere placent.
Planta perit ſterilis, brumali tempore læſa.
Vere ſed in virides ſtat rediviva vices.
Semina jacta prius, moriuntur, ſole micante,
Vita venit, fructus imbre cadente, ferunt.
Corporis in baratro ſic nos, ratione ſepulta,
Vivimus, at vires ſuppeditante Deo.
Numinis ac nutum, morientia cuncta reſurgunt,
Cur decet in vitam corda parata geri.
Signaque lætitiæ, quæ corpora grata miniſtrant,
Sunt bona, ſed nobis attribuenda Deo.
Inde ſuavis adeſt, guſtus, dulcedine magna,
Exuperat tactu, cuncta creata ſui.
Sic homo, cum peccet fragilis peccabit, ut intus
Vis maneat, nec ſit labe ſepulta fides.
Vnde reſurgendi à Vitijs, fluit ipſa poteſtas,
Ver quia virtutum ſaucia corda fovet.
Conciliatque Deo rationem in corpore lapſam,
Vivat ut ambroſia nectare pota ſatur.
Quiſquis es, & veris vel Maij tempora luſtrans,
Ad mentem referas gaudia nata tuam
Sponte Creatorem rebus venerare creatis,

Per

Per se non placeant sed mediante Deo.
Sensibus objectum, quicquid reperitur in orbe,
Illud ad authoris numina sancta refer.
Iunge voluptates animi cum corde renatis,
Conveniant paribus talia facta modis.
Arboribus similes faciunt, quæ in tempore fructus,
Sunt homines fidei qui probitate nitent.
Gaudia se moveat, tantos generetque colores
Terra pius fidei munere plura potest.
Ergo renascendi quicunque in pectore vires
Gestat, & in pura relligione manet
Hunc precor, ut pectus recreet Christúmque celebret,
Corrigat, & sensus in novitate suos.
Crede mihi, hoc actu, cedet tibi gloria terræ,
Floreat in varijs cultibus illa licet,
Adde, quod illius decus hoc fluat omne cadatque,
Sed probitas animi tempus in omne viget.
Terra quidem pueris flores & certa ministrat,
Culta homini mens est restituenda Deo.
Principijs infusa suis, speculatur ovansque
Delicijs fruitur consolidata bono.

FINIS.

HERONIS ab INTHIEMA I. C. Epigrammata

AD

Serenissimum Invictissimúmque IACOBUM PRIMUM Magnæ Britanniæ Hyberniæque &c. *Regem* potentissimum, submisso animo, in recompensationē diversorum beneficiorum A, *1573. 74.* & 75. patri suo D. FREDERICO ab INTHIEMA quondam ad Divinissinam

Elisabetham Angliæ reginam in Christo sanctissimè demortuam, tam *Principis Orangiæ* &c. libertatis suppressę fortunatis vindicis, quam aliorū protestantium nomine, ad sollicitādas suppetias ablegato, præstitorum, & quod frater senior authoris, *Gwilhelmus ab Inthiema*, nunc exercitus *Nassovij* cōCapitaneus, in ejusdē regię majestatis regno Lugduni, in lucem editus sit, carmen gratulatorium.

Rex Calidoniæ superum provecte favore
Sorte salutifera prosperiora vides
Subditus officio, neq; vi, neq; ab ense metuq;
Degit, & ad nutum dat sua terga Duci
Nam tibi judicium divina scientia cultum
Præbet in exemplar justitiæq; viges
Quicquid agis præsunt doctorum corda virorum
Actio doctrinæ plena refertque bonum,
Tu populi sollers & regni commoda quæris,
Vires inferni non remorantur opes.
Sceptra per innumeros igitur tua protrahis annos,
Dum subeunt alij tartara tute viges.
Inclyte Rex seris regnandi dogmata seclis
Fida dabis, virtus nec sinet ipsa mori,
In tumulo quamvis perfunctus luce quiesces
Non poterunt laudes claudere fata tuas.
Solis ad occasum celebris tua tendit ab ortu
Fama, tuos mores lingua loquentis habet,
Hinc fugis indoctos nautas, fabrosque calentes,
Et titulo tumidos, rebus & arte rudes.
Ne tibi sint socij populo cum jura ministras,
Pœna vel intrepidos est statuenda reos,
Doctrina vacui, quia tales stare negantur
Improba sed potius more jacentis agunt

Corporibus

Corporibus medicus, animis pia jura medentur;
Illa malos morbos, hæc vitiosa fugant.
Cur sutor medicus, medicus si sutor haberi
Atque faber luteum cudere vellet opus.
Calceus humanis pedibus? medicina dolori
Qualis erit? quantum fallitur arte faber.
Ordo perit, sequitur toto confusio mundo
Vnus in alterius si labor esse velit
Si sit in officijs rerum promiscuus usus
Motibus ambiguis inferiora ruunt.
In corio sutor, fabri versentur in ære,
Officio maneat quilibet arte sua.
Publica res alias patitur labefacta ruinas
Vitaret placidus quas sapientis honor.
Ille sui exemplo mores confirmat, & omnes
Mulcet in officio jure coercet habet,
Vnde vident cæci reges adversa peritis
Quod sua judicijs subdere sceptra negent,
Nescius indocto Princeps committit honores,
Moribus ac similem gaudet habere sui.
Donec deficiant, populi furor arma ministret;
Concidat interitu publica læsa quies.
His vitijs aliena tua est respublica, doctus
Doctos exornas donaque digna refers
Et quamvis inter scyllam & versare charybdim
Non minus ad portum navis habebit iter.
Cerberus expandit latas in gutture fauces,
Nititur in vanum nilque nocere potest.
Nil Draco, nil Serpens, nil insidiosa cathedra
Nam procul insidijs sunt tua regna Deo.
Ille tibi leges quibus omnia luce refulgent
Suggerit, ac pereunt jurgia vana fori

Quilibet se ipsum agnoscat, quo reipublicæ cōfusio evitetur.

Cœci Reges indoctos admittunt.

Rex non peribit nisi dicatus.

Judicio alterius seducti sæpe regentes
Tunc lædunt, cum se recta monere putent,
Rex vidit propriis oculis & laudes ejus recēsentur *Omnia tu proprijs oculis discernere nosti,*
Te coram alterius visus & ora nihil.
Hinc suadere tibi nec dissuadere necesse est,
Ipse quod expediat, quod noceatque vides.
Moribus effulges te ipsum virtutibus imples,
Justitiæ exemplar sit tua vita probis.
Te prius intactum vitijs ostendere pergis,
Quodque jubent leges sponte subinde facis.
Non punis quenquam faciens injusta nec ullum
Criminis incusas, cujus es ipse reus.
Sedulus ex captu princeps edicta ministras
Edita nec gravius asperitate nocent.
Ac veluti Medicus sua pharmaca temperat ægro
Iuratum populum, sic moderata tenent.
Pronior unde tibi facilisque tributa rependit,
Gaudet, & in nullo ferre recusat opem.
Vt sol corporeum radijs illuminat orbem,
Ordo Civium. *Atque oculi proprio cuncta colore notant,*
Sic norma justi disponis, & omnia fundis,
Qua coeunt cives, ordine quisque suo.
Clarius ut lumen divina ex mente resultet,
Tu facis, & cætus disparitate carent.
Et quo tam varijs animorum ex motibus unum,
Tendit ad optatum civica turba scopum.
Musica dulcisono mulcet fera pectora cantu
Pendet ab eloquio plebs populusque tuo.
Majestas igitur tua sacro sancta videri
Debet, & omnigeni numinis esse loco.
Illa parata prius fuerat quam corpus haberes
A genitore Deo regia clara tibi

Hac tibi subjectos curas, ut pastor ovile,
Finibus ut prædo discat abesse tuis.
Fallendi populum multi dant jura ministris,
Dum sua detrectent ora videnda viris
Vt lupus in stabulum sævit pastore remoto,
Sic furit in populum scriba, jacente Duce.
Turpibus obsistas vitijs, & abusibus ipse
Subditus ut ne quid, sentiat inde mali.
Tu facilis, mœsto populi querulantis ab ore,
Pendis, ut invertat nemo minister adest.
Mulcta, nec ut questum facias, imponitur ulli
Sed magis à vitijs terreat illa malos.
Pœna voluntatem scelus, in delicta ruentem
Corrigit, ad proprium, lege vocante bonum.
Sensibus abstractam rationem ascendere cogis.
Altius, ornatæ mentis inire vias.
Protinus astra super volat ingeniosa relictis.
Corporeis, pura relligione nitens.
Vnde suas quærens amissas intret ad ædes
Se quibus insinuet Principioque Deo
Quo requie inventa nunquam satiata movetur;
Carmine mortifera libera facta lue
In populos provisa Deo tibi tanta regendi
Sors venit, ut nullus te sit in orbe prior.
Muneris unde loco, nostrum tibi mitto laborem,
Fiat amicitiæ pignus amorque mei.

Mulcta qua rein regno angl. imponitur.

Sors regendi à Deo.

NEC NON

Illustrissimum Potentissimum summis animi virtutibus præfulgentissimum & invictum CHRISTIANUM Quartum DANIÆ

& Norwegiæ Regem, belli Imperatorem fortissimum, in gratæ mentis testimonium, quod REINHOLDUM & FREDERICUM fratres Germanos suos ab INTHIEMA, viros militares, & quondam ejus Majes. Capitaneos, summa clementia tractaverit, author præterire non debuit.

ILle quod exemplar toto sit in orbe regendi,
Regibus hoc probitas in bonitate docet,
Nam procul affectu populis sua jura ministrat,
Aspera ne lædant providet, arte cavet,
Præteritis sapiens conjectat sæpe futura Regiæ Majest. Daniæ simb.
Ne provisa diu damna pericla ferant.
Et cum judicijs, homines peperere regentes, Regna firmat pietas,
Præcavet, ut firmo plebis amore regat.
Doctus amat doctos, legum ratione potentes
Auspicijs quorum turgida sceptra regat.
Indignum officio si quem præfecerit ulli,
Novit id in regni cedere damna sui.
Adscribique sibi quæcunque peregerit audax,
Et regi extremo facta luenda die,
Hinc vigilat, reprobos ut pœna coerceat æqua,
Et meritum præter nullus ab ense cadat.
Nemo suam causam precio superatus iniquo
Perdat & in rigido, gustet iniqua foro.
Illa facit virtus, quod tot dominetur in annos,
Et regat innumeros Rex ditione viros.

Serenissimo, & Potentissimo Principi Domino GEORGIO WILHELMO *Marchioni Bran-*

ni Brandeburgico, Duci Prussiæ, Iuliaci &c. electoratus sacri Imper. & amplissimarum Provinciarum hæredi, pro clementissima tractatione, qua author qui tum militię Phrisiacæ censuram *Embricæ* agebat, in aula, à celsitudine sua Anno 16 15. fuit acceptus.

IVdicijs gravidæ gentes peperere regentes
Vt scelus eijcerent, legibus omne malum[a]
Et virtute sua propellant finibus hostes
Rusticus ut moveat tutus aratra manu
Excludent fraudes, ne quem violentia pulset
Nec trepidet tenui conditione miser[b]
Quosque regant fines, vigiles tueantur ab ense
Et careant reprobis[c] sint loca tuta viris.
Grandis ut ære domum redeat mercator abundis
Et recreet patrios, conjugis ora, locos
Si plebs dissideat, vel quæstio cæca movetur
Regula justitiæ dirimiat illud onus
Non magis armatus gladijs, quam legibus æquis
Corda regat Princeps, ambiguumque forum.
Vndique provideat populis ut Pastor ovili
Et sua justitiæ pabula grata ferat
Iustitia, pietate gravis, sit fortis & armis
Temperet alterius quærere avarus opes
Se facilem cunctis[d] æqui ratione querelis
Præbeat effusas audiat aure preces.
Punis non sæva nividia, non motus ab ira
Quippè quod immanis belvæ, ad instar agat[e]
Denique tu Princeps moderaris & ense gubernas
Vt legi affectus supposuisse juvet.
Vnius ad partes tu nunquam dicis agentis,
Iura, nec injustas percipis ante preces.

a) Lustri in princ, proem. institic.
b) l. illicitas. in fin, & § ne potentiores ff, de offic. præsid.
c) l, congruit & l. 3. §. nam & mandatis ff. dict. titul, & l. furti § mandatis ff. de his qui norant. infam.
d) Iuxt. l. observandum ff. de offic. præsid Brun, consil. 12. col. 2. cum sequent, c, regam, 2 2, quæst, 5,
e) Philip, Melanth, in epist, phil moral l, 2, ex senc, Aristol.

Prima sit actoris, justa fundata querela
Postea, quam mediis respuat ipse Reus.
Omnia judiciis peraguntur ab ordine recto
Sunt confusa procul, cætera firma manent.
Vnde precor faveas operi, mercetur honores
Fiat & auspiciis inclyta musa tuis.

Ad Illustrissimum Regiis virtutibus abundantem MAURICIUM, ORANGIAE PRINCIPEM, aliarum diversarum ditionum dominiis potentissimum Vnitarum Provinciarũ Belgicarum Generalem Mariumque respective Gubernatorem & Imperatorem intrepidum & fortunatissimum, Dominum clementissimum.

A Iove virtutum, summa probitate refulgens
Heros Illustris missus es, arte Regis
Et quæcunque geris constringit regula justi
Vitaque stat summo consona tota Deo,
Hinc tibi tot populi, tot agri, tot & oppida subsunt.
Et toto virtus dicitur orbe tua.
Ingenium dignos per te mereatur honores
Barbaries pereat lingua polita fluat
Ingenii partum facilem simul ora fovebunt.
Principis ut studium juris ubique viget
Cur mea quæ peperi justi responsa videto
Responsa insigni forsan habenda loco
Invenies illis, quæ commoda nostra tuentur
Ex scriptis sacris quæ tibi grata placent
Quodmodo si videam fieri, progressus in usum
Edere polliceor, grandius artis opus.

Ad Illustrissimum Generosissimúmque HENRICUM *Orangiæ Principem Comitem Nassovium, Vnitarum Provinciarum* equestris militiæ Ducem Generalem Dominum suum clementissimum, & nuper cum STAURIA discederet authori benignissimum.

INclyte Nassovio prognate ex sanguine Princeps
HENRICE à priscis, nobile germen avis
Hæc tibi propitia mitto dux inclyte Musa
Fata triumphantis militis, arma, decus.
Armiger armigeri Princeps herois amico,
Lumine ne renuas arma togata vide.

Ad Illustrem, Animosissimum summis virtutum donis præeminentissimũ Heroem ERNESTUM CASMIRUM *Comitem de Naßouw Catzenellenbogen &c. Dietz Dominum in Bilstein Gubernatorem* GELDRIAE *Confœd. Provinciarum Belgij Marcschallum* Dominum suum magna reverentia observandum, & authori semper gratiosum.

LVsimus hæc juris studio graviore soluti
Vt torpore diu, pectora fracta levem
Musica nulla magis recreat quam sacra Poesis
Nempè quod hæc animis, sensibus illa placet
Conveniunt tamen hæc sparsam per corpora mentem
Quod revocent, summo concilientque Deo
Copia verborum quod & hinc descendat & astet
Omnibus edoctis juris ab arte viris.
Vnde Poëma tibi placeat Dux inclyte missam
Indicet ac viris ingeniumque meum

Sacra quod humanis jungit moresque gubernat
Vt stent perpetuo Principis acta viri
Ne dubitem hæc faciant, quin te relegente libellum
Gratus ero quondam, qui tibi notus eram.

Inclyto, Generosissimóque Domino ANTHONIO GUNTHER *Comiti Oldenburgico, & Delmensorstano, Dynastæ in Ievern. & Kniphusen*, in memoriam clementis tractationis, qua generositas sua authorem nuper ex Germania reversum, in Oppido Ieverensi benignissime excepit, & singulari favore; præter meritum prosequutus est.

SPargitur à multis Comes Altenborgicus *Heros*
Quod se subjiciat juris in arte viris
Hos amat hosque colit magno conservat honore
Ne facilis tales, ulla querela gravet,
His regit ad captum, populis edicta ministrat
Edita ne moveant, asperitate gravent
Regibus exortus splendet probitate parentum
Fucus avaritiæ nullus inesse solet
Principis hanc animus famam plus curat habere
Quam sibi divitias dira venena mali
Illa facit vitam superesse cadentibus annis
Tempore ne intereat posteritatis honos
Præcavet antiquus Comes his, ne sentiat unquam
Historiæ calamum facta notare sua
Cæsaribus similis quos gloria tollit in altum
Virtutum cupidos, & pietate graves.
Moribus insulsis alios nè lædat honeste
Vivit & ex merito jura cuique refert.

Pastus

Fastus abest nulli pœnam decernit ab ira
Tramite legali justior ille venit.
Iudicijs populi quia se videt esse regentem
Præcavet ex cerebro, ne sua facta gravent.
Sed fulcita prius veniunt, ex jure benigna
Ante oculos plebis conspicienda suæ
Turpis adulator profugus depellitur aula
Pectore.ne duplici dira aconita vomat
Ne si pestiferus nebulo perduret honore
Concidat imperium justitiæque decus.
Qua ratione sibi populum devincit ad omne
Principis officium, quod moderata gerat
Iura ministerij fuerint si morte soluta
Prospicit ac viduam servat honore gravi
Illius in Lachrimas tendit, pius ora resolvit
Subsidium vitæ, se numerante fore
Quid taceam nuper cum grandia littora agrorum
In formam redigat peste tacente maris.
Hæc sibi cum socijs voluit data commoda quæri
Contulit indoctos jugera multa suos.
Emittit quoties legatos ire per orbem
Hi secum ut niteant regia dona ferunt
Munere perfuncti, pactorum lege remota
Cum redeunt gaudent, præmia digna ferunt.
Formula justitiæ monet, ut prælustria tanto
Stirpis ab antiquæ Principe facta fluant.
Vnde tibi grates acturus mitto querelam
Quæ ducis ensiferi jurgia & arma refert.

Ad Illustrem HEROEM ENNONEM

ejus nominis tertium *Comitem Phrisiæ Orientalis, Dominum in Esens, Stedes-Dorff, & Witmondt,* quondam authori benignissimum, nunc ob sinistras suspiciones, quibus à malevolis traductus est, præter meritum offensissimum.

TVrpis adulator, si bestia regnat in aula
Turbat, principibus penitiosa gerit
Improbus invehitur semper melioribus obstat
Efficit ignavis detur ut esse locus.
Fureque deterior namque hic bona corporis aufert
Ille sed & mentem, judiciumque necat
Quin fuge præcipuum, qui commendatus alumno
Detrahit inque illum deteriora vomit.
Indicat hoc ipso, quod nullo dignus honore
Principibus præsens debeat esse viris
Vnde cavendus erit, ferus obtrectator in aula
Ne premat ut serpens, pestis amara ferat.

Aliud ad eundem C. Phrisiæ Comitem, Carmen Suasorium, & Prognosticon.

DIscutias oculis tenebras modo docte videbis
Prospera, quæ reputas annumeranda malis
Nam tibi blanditiis persuadent multa loquentes
Quæ tamen interitum, perniciemque ferent.
Durior es quanto, tanto cervice rebellis
Fit magis, & populus fervidus arma capit
Aspera debilibus, cur pharmaca detrahe morbo
Destruat excessu, ne medicina suo.
Sed violentus agit, populorum jura profanat
Donec ab exitio præcipitante ruat

Nam

Nam Deus omnipotens afflictos curat egenos
Vindicat, in prædam nec sinet ense trahi.

Ad Nobilissimum Virum TACONEM à BURMANNJA, inter Vn. Provinciarum ordines ex Provinciæ Phrisiacæ territorio *Westergoo*, summis virtutibus ac literarum studijs ornatissimum cōscriptum, Deputatum, affinem suum plurimum honorandum & amandum.

H*As præclare tibi mitto* Burmannia *curas*
Iurgia quæ referunt litigiosa fori
Iurgia, quæ vario jactatus Laukuma *casu*
Pro patria subijt lite trahente domo.

Ad Nobilissimum Virum SICCONEM à DECAMA quondam per multos annos in Illustrium Ordinum Generalium Collegio Deputatū *Hagæ-Comitis*, nunc solitariam vitam propter senectutem degentem, cognatum suum honorandum.

D*Entibus invidiæ quamvis laceramur acerbis*
Cogimur ac populo nos lacerante pati.
Attamen ingenium summo mihi surgit Olympo
Grandius arcanum suppeditare potens
Invidet huic sciolus mihi, quod donata negentur
Ipsi, quem instabilem dædala terra premit
Hinc canimus numeris Astrææ dogmata, juris
Consilium nobis justus Apollo dedit

Vnde vir excellens, doctrinæ viribus amplis
Exsuperas alios, judicioque viges.
Dignus es insolitos nostros penetrare labores
Quos canimus, volitent, docta per ora virum
Inde erit, ut nostri, te intercedente labores
Emineant, valeatque æmula lingua nihil.
Quam, nisi desistat, rodent mea carmina, nomen
Illius ut toto, fœteat orbe, procul.

Ad Præstantissimum Nobilissimum & Doctissimum Virum ERNESTUM ab HARINXMA. inter consiliarios S. C. Frisiæ primarium affinem suum multis nominibus amandum.

ARmigeri Herois litem ac ex lite triumphum
Describo, & dubij jura resolvo fori
Hæc nisi displiceant, animum neque vana lacessunt
In donum accipias vir venerande rogo.
Accipe quæ mitto, placidoque hæc perlege vultu
Inque tuo recubet musa queta sinu.

Ad Præclarum, Nobilem Magnique judicii eximiũ Virum MARCUM à LICKLAMA V. Provin. Ordinibus generalibus à secretis Deputatum satrapamque in septem Silvis Stellingwervium affinem suum.

MEcum Palladijs olim versate palæstris
Marce sodalitij fœdere juncte mihi
Grata tibi nostri sint hæc monumenta laboris
Quæ referunt sævi, noxia bella fori

Hæc

Hæc quoties repetis nostri succurrat imago
Tuta sit hospitio nostra Thalia tuo.

AD

Collegium Deputatorum Phrisiæ, non minus Nobilissimis, Præstantissimis, literatiss. Synceris Religiosis ac Cādidis viris Ornatissimū: ut in rebus militaribus expertiorē, & seniorē juniori prę movendū suscipiāt. Carmen Elegiacū.

SI tibi, si populo, cupias Ordo inclyte laudē
Vtere consilijs, respice dogma senis
Ipsa per ætatem quæsita scientia vires
Præstat, & ad finem dirigit acta boni
Omnia perpendens, casus fugit arte futuros
Respicit à tergo, & lumina fronte gerit.
Est, fuit in precio semper veneranda senectus
Roma juventutem postposuitque seni,
Nam neq; præteriti meminit, præsentia nunquā
Colligit, inconstans nulla futura videt
Non benè, quæ prosūt, vel quæ nocitura vidētur
Quærere ab exemplo cor juvenile potest
Quin malè portendit juvenis si regnet ubique
Vrbibus, ac tali præside regna gemunt,
Solomon emoritur, postquam sua fata peregit
Filius & regni, patris & hæres erat,
Ille juventutem spretis senioribus audit
Dissidet hinc populus, regia sceptra cadunt
Consulere unde tibi si vis populosque tueri
Sperne juventutem, sit tibi cura senis

L Hinc

Huic Collegio hoc tempore præsunt. Ex

OISTERGO

Nobilissimus & Heroicus vir Dom. ERNESTUS ab AILUA Satrapa.

Et Antiquissima & Honestissima Domo oriundus D. ABRAHAMUS à RHORDA hæreditari⁹ in Giouw

VVESTERGH;O

Præstantiss. & Nobiliss. D. SIBRAND. AB OSINGHA, Satrapa in Monferadeel Author. affinis.

Et Amplissimi Perpoliti ingenii modestiæque ac summi itemq; conspicuo loco oriundus Vir ALBARTUS AISSEMA.

Ex SEPTEM SIL.

vir summa gravitate religione, & candore nobilis vir D. MEINARDUS IDSERDA satrapa in Stellingwerf/ Author. affin. honorandus

NEC NON

Summa probitate & integritate Phrisiorum antiqua serie præstans PICKO WICKEL hæreditarius in Wickel Author. affinis.

Ex CIVIT.

Amplissim. & Doctiss. D. SIMON RUNIA Civitatis LEOWARD, origine præstantiss. & syncerus Modestus, Doctus, & Candidus Dom, ROMBERTUS HAREN longa generationis serie Bolswardianus ibid, Consul, Et summa perspicacitatis & antiquo loco prognatus D. SUFFRIDUS POTTER in Sloten Consul,

Hinc te magnificum virtus celebrabit in orbe
Et laus perpetua posteritatis eris.

In Æternitatis memoriam tribus hiscce divina gratia ordinatis collegiis, majoribus suffragiis præfectorũ Dominorũ officiariorũ nomina adjicere & ignorantibus intimare placuit, Phrisiam constare quatuor partibus sive distractib' utpote *Oistergho, VVestergo, Septem Silvis, Civitatibus undecim numero,*

Senatores ex
OISTERGO.
hi sunt

P. Nobilissimus & Amplissimus vir. Dom. KEMPO à DONIA, quondã satrapa stren.

Majorum imaginibus Clariss. ac Nobiliss. D. ERNESTUS AB HARINXMA.

Summi ac Præstantiss. ingenii honesta Domo oriundus Dom IOANNES a SAKEMA.

VVESTERGO.

Antiquissima ac Nobili serie prognatus Consultissimus Dom ADAMUS ab EYSINGA.

Non minoris nobilitatis, Syncerus Dominus FRANCISCUS à IONGAMA & Optimi judicii Nob. & Præst. ORICUS à DOXEM.

AD
Præstantissimam, Celeberrimam
Nobilissimis, Doctissimis & eximiis Iureconsultis Phrisiorum Supremam Scatentem Curiam Provincialem.

Fonte boni quondã potuit qui pmere leges
Illius ingeniũ fertur ad usq; polũ (certes
Nũc Iovis ante fores tumidi versãtur in a
Altius ac damnant quicquid ab arte venit.
Consilium juris tamen hoc ex mente profectum
Iure reor doctis posse placere viris.
Et procul absentes studÿ flagrantis amore
Attrahere, & placidos per mea vota Deos:
Mentis ut in requiem tendam tranquillus ab
Invidia motus Palladis ore ferar. (omni

Doctum & Indoctum mundo
invisibiles existere & propterea bonum regentem in eligendo cautum esse oportere ad eandem Dominantem Curiam.

PHALEVCIUM.

Quod doctum nequeat videre mundus
Indoctumque simul, cavent tenebræ
Et lumen, quibus hic, & ille captus
Est

Est quo, nemo alias notas docebit
Quam quod subsit opus scientiarum
Horum judicio, queant inertes
Vt nunquam, quod utrique inest, notare
Ambo cur resident in involucro
Sic ut principibus bonis cavendum
Ne dum doctiloquum petant inertem
Magna, cum populi, sua & ruina.

QVIA

IMpia si fuerit respublica, jure remonstrat
Præsidis absurdi, qui regit ora viri (tat
Publica nam formis animorũ forma resul:
Qui si dissideant, dissona tota quies
Vnde nec elatus natalibus intret honores
Sed melior rebus præficiendus erit
Nam sapiẽte pio, populus dominante triũphat
Regis ad exemplar dum sua corda parat
Intrat ad abstrusam mentem correcta volũtas
Et colit authorem lege tacente Deum.

SEP. SILVIS.
Honorandus, longa rerum experientia & exquisita eruditione antiquo loco profectus Dom ROMBERTUS ULENBORCH. Ac Summa morum comitate & Eloquentia ornatissimus Dominus LAELIUS à LICKLAMA juriscõsultus optimus
DOMINIUS IOHANNES van der Sande. Nõ minus literatissimus, quam honestissima Domo profluens jureconsultus celeberrimus.
Ex CIVITAT.
Dom. GELLIUS ab HILLAMA vir præclarus & summus.
D. SUFFRIDUS ab HANNIA vir integerrimus Doctiss & præstantissimus.
Definita animi moderatione præfulgens Doctiss. & optimus D. GELLIUS IONGESTAL ex stariensiũ honestiss parent. oriundus.

AD

Præstantissimi Collegii ADMIRAT. Docceti in Phrisia ab Illustribus Ordinibus Prudentissime ordinati, & constituti Deputatos Dominos, aliosque nobiles & honorandos Officiarios.

Nomine
OISTERGO.
Nobilitate Celebris Literatissimus & summus vir THEOTARDUS AILUA satrapa sive Iusticiarius in territorio Hantumadeel
VVESTERG.
Probitate modestia

& hon estate ornatus vir HARBN HENRICI.
SEP. SILVIS.
Ingeniosus Prudẽs, animi candore ornatus & nobili Domo oriũdus HOBBO BAERT satrapa.
CIVIT. Nomine
Synceritate & virtute plenus honestiss. parentibus GEORGIUS IONGSTAL Stauriensis.
Et hujus Collegii Fiscus Nobilis vir HERO ab HOTTINGA I. V. D. ac Doccumen Civit. Consul. Vir. splendidus, & acerrimus authorisque cognat. benignis. Hisce prænominatis Dominis à secretis communi suffragio adjunctus existit Doctor MEINARDUS ÆTZMA vir Prudens, syncerus & candidus.

PRæsidis eximij est sapientis ab ore morari
Et dare quo posset gratus in orbe coli.
Cum pietate valet conjũcta potentia mul-
Sola sed est pestis dæmonis instar agens (tum
Vnde potens, sapiens si congrediantur in unum
Omnia sunt justis conspicienda modis
Magna salus oritur populorum cõmoda nutrit
Dum princeps alios in bonitate regat.
Intendátque animum, vigeat respublica semper
Polleat & doctis ingeniosa viris.
Candida placati reseratur janua cæli.
Et Deus attendit tale regentis opus.

Ad summa gravitate excellentem Doctissimum, & honestissima Domo oriundum Virum GELLIUM HILLAMA Senatorem Phrisiæ prudentissimum, quod authoris cognata ejus honorando genitori nupta ipsi noverca existat.

ἑξάστιχον Nuncupatorium.

TEmpore quas longo toleravit Lauckema clades
Lauckema causidicis præda relicta feris
Et quos ipse refert, devicto ex hoste triumphos
Hîc modo non renuas, vir reverende leges.
His ego te dono, chartis præclare senator
Quem totum affini sanguine junctus amo.

Summis

Summmis ac Præclaris eloquentiæ donis Ornatissimo, Doctissimo, ac Nobili Viro EDONI ab EYSINGHA, Phrisiorum Consiliario consultissimo, cognato suo colendo.

IVris ut egrederer studium, mihi doctus Apollo
Obtulit AONII *pocula fontis aquæ*
Qua canere impellor litem, lætumque triumphum:
Lauckema quem tandem lite favente, tulit.
Hæc igitur dono tibi sint, mecumque tuere
Iudicium, rodat lubrica lingua cave.

Ad Amplissimam, & Celeberrimam Civitatem LEOWARDIANAM Doctissimis viris abundantem Elegia, qua laus ejus, & fortia facta prædicantur.

TE LEO *terribilis decorat* LEOVARDIA *multum:*
Dulce insigne tuum cujus imago refert
Fortis es & celebris perdesque Leone Leonum
Corpora prastigijs quæ nocuere malis
Plurima virtutum victricia signa dedisti
Quondam, cum Phrisiæ libera terra foret.
Sub juga sed postquam te Cæsar ab ense redegit,
Iustitiæ sedem te meruisse liquet.
Quin patria proceres in te vestigia figunt
Hæc sua dat cunctis ora videnda viris.
Expediunt alijs fieri quod postulat usus,
Commoda sed patriæ vix nocitura sinunt.
Iustitiæ cultu sanctus locus esse videtur,
Quem tamen authoris culpa notanda gravat,
Es patriæ lumen, quod te præbente latebras

Discutit, & quid sit fasque nefasque docet.
Bestia cum fugeret per tela minantia mortem,
Tu vigilas, fueras causa caputque prius
Vnde tuum factum semper cum laude tuebor,
Quod potuit nulli damna tulisse probo.
Justitiæ tactus maculate nullus inumbrat
Nec mora protractæ litis inepta gravat,
Ordine conveniunt cives per strata viarum.
Hinc resonat dulcis Musica plena tonis,
Musica disparium dulcis concordia vocum,
Dispellens lachrimas, tristitiamque gravem.
Delicias carnis fugias & amore tonantis.
Gaudia solliciti plena timoris habe
Dulce bonum refugit sensus ipsumque suave
Mentibus exuberans gaudet inesse pijs.

Ad reliquas totius PHRISIÆ Vrbes nominibus *Harlingia*, *Bolswardia*, *Franequera*, *Sneca*, *Docceto*, *Stauria*, *Workomia*, *Hindelopia*, *Drilsta & Slota* insignitas quod author ex Vrbe origininem trahat, ut ubique justitiam, & concordiam, hoc periculoso rerum statu, sectentur & venentur. Carmen Prognosticon.

VRbes justicia vacuæ, perduntur, & instat
Exitus infælix, quæ valuere, ruunt.
Edocet exitium discordia nata virorum,
Intus ab hac manant Eumenidesque feræ.
Regna cadunt igitur per se divisa, nec unquam
Stare diu possunt, præscius ista cano.

Aliud.

Aliud ad easdem.

CVm populus quondam traheretur more ferarum,
In campis factum cum ratione nihil.
Tecta sed exsurgunt homini nascuntur, & urbes:
Præsidio quarum vis feritasque jacet.
Condita lex homines stringit, jubet ordine certo
Vivere, transgressor tactus ab ense cadit,
Hinc ego vos urbes patriæ modo duco monendas.
Dissidium moveat ne pia corda malum.
Publica suscipiat vestrorum cura salutem,
Vnius alterius læsio, sitque dolor.

AD

Generosum, & Eximiæ Nobilitatis Prudentię & animositalis virum GEORGIUM LUNGH Septentrionis Monarchæ, sive Regis Daniæ augustissimi Marschallum, equitem auratum D. in *Odden, & Birchils &c.* in memoriā prioris contractæ amicitiæ, & quod Authoris consanguinea ejus affini nō minus genere, quam literis Nobilissimo viro ERICIO BRAHE, Danorum militum apud Vnit. Prov. Duci providentia Christiana nupta existat.

SI quid habent veri veterum præsagia vatum,
Omnia naturæ congruitate fluunt.
Congruitas animos hominum conjungit amore.
Disparitas odium gignit, alitque malum
Credite, vera loquor cum vobis nuper adessem
Adstitit ignoti corporis almus amor.
Congruitas animi nos conciliavit amicos,
Alter ut alterius gaudeat arte frui.

Lucifer ambobus nascentibus adfuit idem,
AEqualis statuens interiora modo.
Iungit amicitiæ studium commune studentes,
Vt quod in alterius pectore pectus amet.
Et tibi candor inest ex nobilitate resultans,
Quem trahis à longæ posteritatis avis.
Sorte tuis quondam castrensia nomina Cimber
Indidit, ut semper signa, decusque forent.
Pignoris unde loco vobis hunc mitto laborem,
Fiat amicitiæ pignus amorque mei.

Nobilissimo, Prudenti, & non exigua literarum scientia perpolito & Præstanti viro, PETRO ab EYSINGHA satrapæ in Rauwarderhem, & inter Deputatos Collegii Ameralit. AMSTELREDAMI residentes nomine Provinciæ Phrisiacæ electo, affini suo semper peramando, de subita pauperum fortuna. Carmen Sapphicum.

PAuperes cum tam subito resultent
Divites quæri poterit benigne
Prætor, hinc causam datur intueri
Omnibus ortam.

Inde contingit quod honestiore
Mente privati, studeant habere
Regula justi, sitiant, negata,
Turpia lucra.

Creditum si quid fuerit remoto
Teste, vel nummi quoque commodati
Hoc reposcenti licitum negare est
Pectore nequam.

Venditor si sit vitiosa mendax
Laudat, obt rudens reprobis ineptis
Turpiter merces precio maligno
Iure relicto.
Decipit secum bene contrahentem,
Testibus ludit precio locatis
Fœdera, à vero properans ad orcum
Corpora vertit.
His ut occurrat vitiȷs malignis
Rex tulit legem populo rebelli,
Monstret ut vita ratione quæstum
Præscius omnem.
Calculus si non poterat docere
Arte qua degat vel opes haberet
Fata perculsus sua finiebat
Vindice ferro.
Solon AEgypto repetens eandem
Attulit Græcis stet ut appetitus
Iure constrictus, laqueoque moto
Regnet honestas.
Nunc jacet legis timor hujus unde
Quilibet fraudes vigilat per omnes
Irus in Cræsum, rapitur reditque
Cræsus in Irum.

SVMMA

Fit subito dives, domini malus hæres iniqui
Quod nullo acceptas jure reliquit opes.

Nobilissimo, Amplissimo, Præstantiss.

ac literato, summisque virtutibus prælucenti NICOLAO ab IONGAMA, terræ Prisiacæ generali quæstori dignissimo, ex BOTNIANA Heroica familia authori cognatione conjuncto, Domino suo honorando.

NE sitias sacros dono tibi mitto liquores
Castalij fontis, largius ore bibas.
Arma virumque truces gladio qui disijcit hostes
Et quibus obruitur pagina nostra docet.
Hac lege sitque tibi gratus labor iste recludit
In quo fraus virtus, quo lateatque fides.

Antiquissima, Nobilitate refulgenti Bellicarumque rerum expertissimo, animoso, literato viro, DOCONI à BOTNIA, in Territorio *Winbritzeradeel* Satrapæ honorando sibi; subditos miserrimè exedentibus tremendo cognato, & olim confratri suo, militum censori strenuo.

SI Temma licet referas magnæ virtutis avorum
Doco vir eximijs annumerande viris.
Attamen ingenio splendescis honore poetæ
Et genus exsuperas dexteritate tua.
Dignus es ut tandem præsentia Carmina mittam
Dent illa, ut gustes interiora boni.
Lætitiam capies igitur præsentis ab anni
Auspicijs placido sint tibi digna legi.
Exul in exilio tu cum patre dura tulisti
Ordine sed verso, mollia facta nitent.

Ad

AD

Nobilitate, longa rerum experientia exercitatum, Præstantissimum, & Bellicosũ virum PETRUM EGEMORTES, equitem auratum, nunc Illustrissimi *Principis & Herois* GWILHELMI *Comitis* NASSOVII, terrarũ Phrisię & *Gronningæ*, Gubernatoris, Architriclinũ, omnibus in aula honorandum quondam authori defunctæ sapientiss. Vxoris nomine, in Christo sanctissimè demortuæ, DOMICELLAE à DECAMA, affinem, Dom. & amicum semper colendum.

TE studia exornant memori quæsita labore
Extollunt mentem semper ad alta tuam.
Sic redit ut facilis per inania corpora lapsa
Ad centrum propria sede beata nitet.
Volvitur in gyrum rerum rationibus aucta
Terraque quod cælum continet omne videt.
Iustitiæ radijs decus illustrata ministrat
Aula jovis vires donat ut arte regat.
Dotibus his animæ generosi nobilis omnes
Te referunt summas sustinuisse vices
Hinc tibi mitto meas vir præclarissimè curas
Accipe magnanimi bella togata Ducis.

Nobilissimo, Summisque animi dotibus eximio viro, TARQUINIO ab HEREMA Prætori, sive Præfecto in territ. *Menaldumadeel* cognato suo, plurimum amando.

PRætor divinæ præpollens robore mentis
Defendens patriæ jusque piumque tuæ

Hæc cape quas mitto tenui pro munere chartas,
Chartam ego dent alij splendidiora tibi.
Hæc igitur dono sumas nostrumque tuere,
Iudicium non hoc Momus iners vitiet.

Ad Præclarum, Nobilem, fortem & summis eloquentiæ donis, morumque comitate Ornatissimum, literatum, & diversarum aliarumque linguarum satis peritum virum, CAROLUM ab VNIA, affinem suum honorandum.

M*Vnera dant, alij nummos, aulæa, tapetas,*
Ingenij donum me tibi ferre juvat.
Vt quos magnanimus toleravit Laukuma *casus*
Et videas dubio jurgia nata foro.
Hæc tibi si placeant placeat quoque Carminis author,
Nec sinito nostrum mordeat alter opus.

Non minus eximia nobilitate, quam spectata modestia, & Heroico animo conspicuo viro, RUARDO à IUCKAMA, Primati Phrisiæ, cognato suo plurimum amando.

A*Ttulit ingenium doctarum turba sororum*
Vt facerem præsens quod modo cernis opus.
Hoc ego descripsi longa discrimina litis,
Vt pateant, habeas muneris ista loco.

Virtuti

Virtute & Doctrina Ornatissimo Nobilissimoque viro DOUWONI ab HOTTINGA, Grietmanno sive Satrapæ in *Båradeel*, affini suo, inter alios, plurimum amando.

Mitto tibi quibus est agitatus Laukuma *lites*
Cognate eximios intér habende viros.
His fruere & quoties mea Carmina mēte revolvis
Immemor authoris ne precor esse velis.

Tam nobilitate notoria, quam literarum cognitionibus, *alijsq;* virtutibus claro, & illustrato viro HOBBIO ab AILUA Phrisiorū satrapæ in *Bardaradeel*, cognato suo indubitato.

Iurgia Lauckmanæ *gentis stirpisque ruinam*
Accipe, doctrinæ justitiæque decus.
Hic certe invenies, quæ te meminisse juvabit:
Fæda per infidos mixta venena dolos.
Hac memori nostros animo perpende labores:
Tutaque judicio sit mea musa tuo.

Ad Nobilem eximium, & Candidum literariis cognitionibus admodum laudabiliter instructum & præstantem virum, ANDREAM HIDDAMA, authori cognatum benignissimum.

Musarum indulgens sacris tibi munera dono
Quæ peperi studio, muneris instar habe
Præsidis armigeri casus & jura tuere:

Sic memor humanæ conditionis eris.

Nobili, præeminenti, summo animi candore syncero viro HAIONI ab SCELTAMA inter alios, authori honorando & sanguine juncto.

ME sacra prosequitur divino musa favore,
Vnde graves casus, & sacra jura probo.
Iam quoq; quo fuerit jactatus Laukuma *fato,*
Musa docet, gratus sit labor iste tibi.

Præclaro, Præstantissimo, & Nobili PETRO à WALTA, Phrisiacæ militiæ censori vigilantissimo, cognato suo peramando.

STemma alij laudant, alij mirantur opimas,
Divitias, alios gloria fluxa juvat.
Te tua nobilitat virtus, doctrina decusque
Gaudeat ut titulo scriptio nostra tuo.
Ergo graves casus causamque tuere Georgiî,
Gloria non vitium quem dedit esse reum.

Ad animi magnitudine fortem, Nobilissimum & eruditissimum virum GEORGIUM RIPPERDA in Petkum, Fermsum & Dam, nec non militum, sub exercitu *Nassoviano*, Capitaneum, cognatum authori semper acceptissimum.

Arma

ARma tibi mitto queis Laucuma contudit hostes
Causidicum insidias, vindicis arma viri
Si quid in his vitij offendat, lædatque legentem
AEstifer hoc rabido sirius igne luat
Ergo meas faciles defende atque assere curas,
Armorum antistes militiaque decus.

Ad Excellentem, Nobilissimum, cordatū simulque literatū virum, Benricum ab Heringa sub Nassovio Phrisiaco exercitu militantem vice Capitaneum, cognatum charissimum authoris.

NObilitant alios, & fama & opinio fallax
Te virtus, generis nobilitatque decus.
Ergo Benrice meos inter pars major amicos
In chartis nomen nobile signo meis.
Quas quoties relegis recreet te absentis imago,
Atque memor nostri nominis esse velis.

Ad Præstantissimum egregiis virtutibus nobilem, & honestissima Domo oriundum artibus liberalibus perpolitum virum Math. Frankena vice præfectum in Stellingwerf affinem suum dilectissimum.

QVamvis divinum vulgus contemnat Homerum
Me tamen illius passibus ire juvat
Ergo quam vario jactatus Laukuma casu
Ingenio scripsi Franckena docte meo.

Hæc tu judicio docto subjecta tuere,
AEmula ne nostrum lingua profanet opus.

Præstanti & antiquissimo loco prognato ÆVSONI à POPMA, viro non minus literato, quam ingenii donis fulcito, fratri suo sororio per amādo.

LAEdere vulneribus nequeant cum more Tyranni
Nostra trahunt vitijs nomina fraude, dolo.
Tela vel eyciunt falsis imbuta venenis,
Et feriunt lingua nos canis instar agunt.
Crimina criminibus de me contexere gaudent,
Sit sterile ingenium fructibus absque meum.

Generis Nobilitate, naturæ probitate, literarumque cognitionibus sufficienter instructo, & animoso ABBONI à BOOTSMA equestris ordinis signifero, affini suo semper amando.

COrporis eximij, quod viribus undique mentis
Divina vigeas fortia facta dabis.
Sensim ad condignas gradieris opes & honores
Si modo subijcias tu tua facta Deo.
Vnde tua moveor virtute dicare laborem,
Et celebrem vestram reddere ubique fidem.

Ad Nobilem, Prudentem, & Honestissi-

mum

mum ejusdẽ nominis ABBONEM à BOOTSMA hæreditarium in Husum affinem suum.

DVm quærunt alij prædas studeantque rapinis,
Tu studij sacram diluis arte famem.
Te tua commendat virtus probitasque fidesque,
Hoc mihi perpetuo nomine charus eris.

Ad Nobilissimos Præstantissimos Optimorum ingeniorũ acuminibus insignes & magnæ spei, nunc in Germania Marpurgi Cattorum juri Civili operã navantes fratres *Germanos* FRANCISCUM & IELTHONEM ab EYSINGHA, Authoris respective cognatos peramandos syncera admonitio.

NIl magis instituit, quam conversatio justi,
Virtutum stimulos dat socialis amor.
Efficitur sapiens, qui cum sapiente moratur,
At vitium stulti corda propinqua notat.
Aut bonus aut nequam pro conditione fereris,
Illius, in cujus firmus amore jaces.

Præstantiss. ingenij dotibus Ornatiss. & Nobili adolescenti IOHANNI à BOOTSMA prædictorum fratrum EYSINGHANORUM constudioso, affinique authoris charissimo.

N *Syrenes*

SYrenes veluti, falsa dulcedine cantus,
Alliciunt nautas, post feritate necant.
Corporis illecebris, sic nos vegetamur ab ipsis,
Dulcibus effusis tartara dira premant.
Virgineas technas prudens declinat Vlysses,
Ad malum religans corpora fune sua.
Cautela simili sociorum clauserat aures,
Pestiferum cautus pellit ab arte malum.
Vnde caveto tibi, cupiens vitare charybdim,
Ne malus ambigui corporis acta probes.
Te malo junge exemplo sapientis Vlyssi,
Mentis & ab omni dæmone tutus eris.
Postea promoveant, quæ te meliora sequentur,
Fundamenta boni, non sine fine manent.

Ad Optimũ, Syncerum, & expertissimũ virum IOHANNEM VELTIVM Iuniorem, Illustris Herois ac belli PRINCIPIS GWILHELMI *Comitis* NASSOVII aulicum medecinę Doctorem.

EXtulit in tantos cum te Medecina furores,
Quo neque Galenus fulget in arte prior.
Insuper & Sophiæ mentem præcepta bearunt,
Altior humanis sensibus esse soles.
Forsitan inquires tibi cur rimosa ferantur,
Iura per ambiguum discutienda forum,
Illa tibi existat nostrorum causa laborum,
Participem quorum te mea musa jubet.
Divus Apollo fuit medecinæ & carminis author,

Cujus

Cujus ad artificis te decet ire sacrum.
Ius animum, corpus læsum medecina tuetur,
Et pia mens sano corpore sana manet.
Quod plus est medicus dum pharmaca porrigat ægro,
Cogitur Astreæ subditus esse jugo.
AEqua utriusque simul servit proportio rebus,
Et recreant mentem, corporis acta sui.
Me movet hæc medici & juris communio grata,
Vt mea judicio subdita musa, tuo.
Evolet emineat multum & mereatur honoris,
Tollere quem nullus te remorante, potest.
Morsibus invidiæ tu me tentabis honestus,
Subtrahere, & summis insinuare viris.

Ad Clarissimos Magnorum judiciorum speciminibus à D.O. *Maximo* illustratos, & præstantissimis parentibus oriundos viros GABINIUM FOPPENS, DOCONEM ENINGHA, & HAIONEM EELCKAMA, apud summam Phrisiorũ *Curiã Advocatos vigilantissimos*, hac in fæliciſſimè determinata LYAUCKUMANA causa suos commilitones, de statu in diversis Mundi partibus grassante, hujus ætatis miserrimo, authoris querela.

GRammaticam extremo qui vix gustaverit ore,
Nescius hic omni palladis arte rapit.
Hic circumfusus tenebrarum peste tenaci,
Omnibus injusti fraude minister adest.
Nunc sapiens juris, modo ganniat ausus habetur,
Atque supercilio fronte superba tonet.
Promovet indignos magnatibus alter adhærens,

Ne præsit melior perfidus ore facit.
Barbarus immerito nunc publica munera carpit,
Cui vix concessum est verba latina loqui.
Quilibet obloquitur doctis, studioque minatur,
Improbus in questum jura benigna trahens.
Occupat aurifaber, figulusque auriga tribunal,
Legibus ac prosunt Iustiniane tuis.
Purpura & incessus, jactantia trudit in aulam,
Vach, sine judicio, vanus inersque placent.
Vix à judicibus nunc differt veste bubulcus,
Inter honoratos cornua pauper habet.
Vix colitur juvenes inter veneranda senectus,
Ex merito nullus obvenit almus honos.
Regibus à proprijs subjectis deficit audax,
Publica res multum læsa timoris habet.
Quid taceam famulum passim qui despicit ipsum,
Invidia dominum, nemo veretur Herum.
Vxor inobediens vivit, quoque facta marito,
Immemor officij turbat amara domum.
Filius in patrem, pater in sua viscera sævit,
Alter in alterius jurat, amatque necem.
Ducitur exiguo fraterno frater amore,
Vnde laboranti ferre recusat opem.
Fraudibus exposito nullus succurrit amico,
Sanguinis atque hodie jura sepulta jacent.
Privignus quoties subducto pane laborat,
Pressus ab insidijs dura noverca tuis.
Firmius affines jungebant vincula quondam,
Sed nunc à Socero dissidet ipse gener.
Hospes in hospitio vix tutus degit ab ira,
Sica viatori sæpe timenda venit.

Vicinus vicinum odio sectatur acerbo,
Conjungit doctos gratia rara viros.
Dogmata discipuli contemnunt recta magistri,
Nullus ab artificis pendet in arte manu.

Ad Celebarrimum, Præstantissimum, animi candore, & integritate insignem virum EDOANEM NEUHUSIUM, *Leowardianæ* Civitatis publicum ornamentum, ejusdem Scholæ *Rectorem*, discipulis suis honorandum, oratorem, & poëtam eximium, domin. & authoris amicum.

SVnt tibi Pieridum mysteria nota sororum,
Te fovit sacro Calliopæa sinu.
Dignus Apollineâ lauro es, seu lege soluta;
Seu dicis metricis verba ligata modis;
Seu Sophiæ doctas artes; seu gesta virorum
Prisca refers; lauro dignus Apollineâ.

Post priorum recordationem, & sequentium Nobilissimorum, in memoriam mihi revocatorum, hoc congruenti loco, utpote fine totum opus coronante immemor esse non debuit author.

Magnanimo, Nobilissimo ac sūmis tam pacis quam belli virtutibus exercitato, ex antiquissima Terræ *Omlandiæ* familia splendida oriundo viro, IOACH. à RIPPERDA meri & mixti imperii exercitio in *Fermsum*, & *Dam* tanquā Domino prçfulgenti, *Capitaneo* in *Doornū* & *Petkum*, authori singulares ob rationes honorando & amicissimo.

DIvitias aufert fortuna noverca decusque,
Non tamen ingenium perdere sæva potest.
Ingenium large pulchrum supereminet aurum,
Hoc sat honoratus, sat quoque dives ero.
Hujus opus modicum tibi vir fortissimè mitto,
Hoc sit amicitiæ pignus & arrha meæ.

Ad præeminenti nobilitate animorū prçstantia, ac ingeniorum alacritatibus splendescentes viros FREDERICUM à VERVOU, in Collegio consiliariorum Illustrium Ordin. *Hagæ Comitis*, deputatum, & quondam militum *Capitaneum* fortiss. ejusque filium HESSELUM à VERVOU, Satrapam in *Franequeradeel*, subditis honorandum & acceptiss. authori ex Marteniana illustri stirpe sanguine junctos, semper amandos.

NOctuæ ut ad radios ignis læduntur ocelli,
Et repetit latebras sole oriente suas.
Sic hebes obscuris indoctus rebus habetur,
Et stupet ad veri lumina mente carens.
Vnde quod abstrusæ videam penetralia mentis,

Abdita

Abdita judicio discutiamque meo
Quodque boni fontem studio scrutemur honesto
Optima lustrantes jura negata malis
Hæc mihi dona Deo mordet concessa φίλαυτος
Judicioque suo prævaluisse meum
Invidet obtrectat, lacerat, maledicit, & odit.
Vt mea spurcitia fama laboret, agit.
Improbus affectu supplet ratione negatum.
Deroget hinc nobis, arroget inde sibi.
Ergo quod obscuris operam non colloco rebus
Nascitur invidiæ maxima causa mihi.

Non minus Nobilissimo quam Honestissimo, Optimo, præstanti, literato, & candido viro TADONI ab ADELEN, primati Phrisiæ D. & à suo honorando, Hæreditario in *Bellecom*.

DVm varijs alij curis & tempora Baccho,
Fallunt, & vino pocula plena trahunt.
Me juga Parnassi torquent mentemq; perungunt
Et casus dico Laukema magne tuos
Hac dono accipias constanti affinis amore,
Iuncte peto, & gratum munus amantis habe.

Ad GEORGIUM à LYAUKEMA CHILIARCHUM & *Militem* Strenuum, affinem honorandum.

MVltorum invidiam pro te generose subivi
Quod patrocinio stat tua causa meo.

Quodque tuis semper rebus tam fida ministrem
Callidus ut nusquam fraude nocere queat.
Sæpius à Sciolis depressam sublevo causam,
Quæ viget adductis legibus apta suis.
Plura tibi possem, sed nunc narrare recuso
Fortiter erexi te quibus alter agit.

Spectatissimo, Nobili, & summis ingenij donis refulgenti viro SIIXTO à DECAMA, hæreditario in *Weydum* primati Phrisiæ cognato suo percolendo, & amando.

CErberus expositus cæcum Plutonis ad antrum
Me ferus insequitur perniciemque struit
Ne mihi succedat res, insediatur iniquus
Addita proposito nec monet offa cibo.

Præstantia generis, animique splendore, ingenii acumine, magnis divitijs Terra Mariq; divinissime benedicto viro OTTHONI REINHARDTZ celeberrimę Civitatis HORNENSIS, eidemque annexi territorij inter alios, justiciario, ex INTHIEMANA familia, authori cognato perdilecto.

IVra ruinosæ stirpis quia diligis exul,
Nec te sollicitum reddit inanis honos.
Dignus es ut nostro dicaris carmine teque
Apposito celebret nomine Musa tuo.

Hos

Hoc opus exiguum complectere amore fideli,
Namque tibi ad majus monstrat, & ornat iter.

Antiquo, & Præstanti Phrisiorum genere nato, Doctissimo & expertissimo, cādidoque, viro AUCONI AYSMA, Ordinibus Phrisiæ à secretis Domino & A. suo plurimum amando.

SI mihi divitias cræsi tibi dona dedissem
Aurea, dona tamen do preciosa tibi.
Astrææ clarum superato ex hoste triumphum,
Assertum innocui jusque bonumque Rei.

Nobilissimo, Summis virtutibus refulgenti, animoso, literarumque cognitionibus sufficienter perpolito, & præstanti viro IULIO ab EYSINGA Phrisicarum legionum legato strenuo, cognato suo quam plurimum colendo.

INtumet ignavus vitijs mendacia spargens,
Se queat ut magnis insinuare viris.
Ore gerit gladium, verbis fortissima jactat,
Et si dura premant perfidus illa fugit.
Tu gravis & tacitus, proprijs virtutibus ardes,
Fortis, & in facinus quodlibet ire studes.
Adveniat donec, mors aut victoria læta,
Certat, & intrepidum nulla ruina movet.

Ad summa gravitate splendidum Nobilissimum & veneranda senectute præditum literatissimumq; virum, IELGERUM à FEITZMA, Senatorem Phrisiæ, Biltanæ terræ respective Quæstorem & satrapam, similique virtute vitæque integritate filium BOCATIUM à FEITZMA Grietmannũ in Collumeradeel D. & A suos de terrestri hodierno deplorabili statu, ut potius digniores, quam indignos promovere studeant, authoris querela secunda.

REgnat ubique vorax animis illapsa voluntas
Nullus honestati, justitiæque studet.
Nemo suam sortem sine fœnere credit egeno,
Crescat ut infœlix improbitate lucrum.
Garrulus & mendax audax, indoctus ubique
Regnat in obscuro nomina docta jacent.
Veste supercilio, dubios nodosque profundos,
Quisque sibi juris solvere posse putat.
Rebus in abstrusis veneranda scientia tecta
Spernitur, ac titulis prævalet emptus honos:
Nam toga doctrina qua quondam pinxit honestos,
Nunc indistincte barbara membra tegit.
Detrahit obtrectat qui alijs, hic primus in aula
Corda regit rigidis barbariora getis
Regibus obstringunt oculos, animumque reformant
Falsaque pro veris judicia ore ferunt.
Applaudunt, rident, ludunt, & grata loquuntur
Cogitur hinc doctis aula carere viris,
Publica res horam vitijs labefacta laborat,
Surgit ab his medica vix sapientis ope.
Et mare velivolum turpis pyrata fatigat
Mercibus infaustum nec tenuisse pudet.

Hesperus

Hesperus aspectu tristi inspicientibus astat
Excidit officio lucifer ipse suo.
Omnia deserta norma inferiora supernis,
Turbatis furiunt, prælia dira movent.

ALIA VATIDICA.

Bono Zelo, Nobiliss. eximiis Præstantissimis, Strenuis, ac literarum studiis Ornatissimis in terra orientali merum & mixtum imperium exercentibus subditorum Dominis, ut ab omniũ insidiatorum technis sibi unanimi cõcordia Civitati *Embdanæ* adhærentes in tempore caveant, nominibus *Haroni Vridach* in *Godens. Bolhardo* & *Petro à Ripperda* in *Petkum, Fermsum* & *Dam, Schottoni à Beninga*, in *Ophausen, & Wolthusen*, & *Frederico Baroni in Swartsenb.* apud Vnit. Provinc. equitum magistro strenuo Domino in *Oldersum*, aliisq; in *Doornum*, & *Rysum* Capitaneis, quondam authori partim, constudiosis summa fiducia cõjunctis amicitia, & fide addictissimis, inscripta.

MIles in umbrata succumbet pace, ruetque,
Vt cadet ensifera, bos feriente manu.
Mittet & Eumenides Pluti dominator averni
Vt scelus, ærumnas, probras dolosque ferant.
Pollet inobediens concordi Marte draconem,
Sed prælinitô toxica melle bibet.
Fortiter Oceano committent prælia venti,
Neptunus valida diriget illa manu.
Cuncta potens recreat vultu blandita sereno
Occiput aversa conditione premit.

Ad Fortissimos Nobiliss. rei militaris, ac rerũ publicarũ peritissimos *Idzardũ & Theothardũ fratres ab Eminga, Vigliũ ab Hannia, Gwilhelmum ab Inthiema* fratrẽ Germ. suum *Ioviũ ab Harinxma, Scheltonem Aissema, Hummon. & Doconem ab Hettingha* sub auspicio Nassoviano militãtes respective Capitaneos strenuos, affines suos intimo corde amãdos.

HOc Deus ingenuit cunctis animantibus ipse,
Ne vitam perdant per mala damna suam.
Viribus avertant quæcunque pericula mortis,
Plus confert aliis quam nocuisse sibi.
Ensibus oppositis si quis superaverit hostem
Laurea, victorem serta, corona decet.
Floreat in populo crescatque heroica virtus,
Exulet ignavus fortis ubique regat.

Eximia eruditione, illustrisque ingenii radiis splendido, & Nobilissimo viro SIBRANDO ab BURMANNIA Terræ Phrisiacæ venationum Præfecto, & non minori refulgenti virtute viro ADAMO à PHAEFENRODE, Dom. & affinibus suis hæc vatidica.

QVilibet indoctus careat licet arte regendi
Primus in officiis attamen esse studet.
Munitas etiam precibus desiderat arces,
Crede mihi cura hæc religione prior.
Causa renascentis non sunt ea crimina Mundi,
Signa sed hæc potius intereuntis erint.

Potenti, Celeberrimo, & Præstantissimo senatui reliquisq; terræ *Groningana*, aut *Omlandia* amplis. & honorandis dominis & amicis suis, ut à Pseude Prophetis sibi caveant, propter vicinitatem, & firmiorem cum Phrisiis continuandam amicitiam consecrata vatid.

Vipera profosso peperit sua pignora ventre,
Luce datur nullis sed nisi morte strui.
Relligione carens, se vana scientia jactat,
Grande supercilium, cum pietate cubat.
Haret in externis operum virtute repulsa,
Vulgus, & hic Christi si modo tinctus aqua.
Non mens, sed potius valet altercatio rebus,
Quæstio perturbat multiplicata fidem.
Disparitas fidei tanta est, quot in orbe figuræ,
Vix qui conveniunt, unus & alter adest.
Si quis adest operum effector, fautorque bonorum,
Si modo dissideat ritibus, exul erit.
Nemo magistratus meminit delicta fugare,
Corruptosque animos vindicis esse Dei.

Ad portu capacissimo, loci commoditate, aliisque terræ necessariis requisitis Ornatissimam, Amplis. & firmissimam Civitatem *Emdanam* ut adversus omnem oppressionem, & Privilegiorum oppugnationes concordes, cum nobilibus cohabitantibus sibi necessariam tamen obedientiam suo Domino, si officio perfungatur debito, præstent, se tueantur, Phrisiorum directa descriptio.

Ob tituli præstantiã privilegiorũ acquisitionẽ & animorũ fortitudinẽ, Phrisij, nulla servitute constringi debent, ne tempore tumultuoso exarmati Principes suis Imperijs defugentur.

FResia Frees resonat romana voce timorem
Quod virtute sua terra tremenda fuit.
Illa fuit quondam Romanæ notior urbi
Cum semel oppreßam liberat hoste gravi.

Alia ad eandem.

LIbertas Phrisiis aquilæ surrexit ab alis,
Postea quam reprimet nulla tyrannis erit.

SIC,

Quod famosissima Civitas *Embdana* authorem bis ex injustis carceribus summa virtute exemerit.

PHrisia perpetuo per me celebrabitur ævo,
Nam fuit ingeniis ingeniosa parens.

Huic Academiæ præfecti.
THEOLOG.
D. SIBRANDUS LUBBERTI.
D. IOH. MACCOVIUS,
D. IOHAN. ACRONIUS.
IVRECON.
Doctissime D. TIMÆUS FABER ingenii splendore prælucens
D. IOACHIMUS ANDREÆ,
D. MENELAUS VVINGEMIUS Medicus.
D. A. ROORDA Profess. Logicę
D. ADRIANUS METIUS profess. Astron.
D. SIXTUS ARCERIUS profess. Grecæ linguę
D. SIXTUS AMMAMA, profess. ling, hebraic.
D. BROERIUS ab HANNEA I. V D. Univers. Secret.

Ordini Celeberrimo Iuris-consultorum aliorumque Professorum, omnibusque aliis.

In

Alma Academia Franequerana Phrisiorum amore literarum asiduo pectore commorantibus studiosiss. om. fælicitatem precatur author.

INvidia docti quamvis plerumque laborent,
A populo soliti scommata dira pati.
Hos tamen ingeniũ sẽper comitatur & astat,
Invidus in quo nil juris habere potest.
Illud enim subito rapiunt dum cætera fures,
Illæsum authori permanet usque suo.

Lubricæ

Lubrica fortunæ bona sunt, sed firmius illud,
Robore persistit, nec sinit esse leve.
Inque via Comes est, medios per euntibus hostes,
Carceris impositi vincula nulla timet.
Exiliijque notas nunquam formidat acerbas,
Per mare difficiles sustinet ire vias.
Corrigit affectus mores largitur honestos,
In momi re digit scommata fœda caput.
Solatur reficitque senes, vitaque ministrat,
Subsidium, nulli debita justa negat,
Viribus ingenii liquidis habitatur in undis,
Tiphijs ubi celeres dirigit arte rates.
Curribus Antomedum leges præscripsit eunti.
Et simul indomitos arte coercet equos,
Aggere constructo, vires franguntur aquarum.
Insidiis subsunt piscis, & omnis avis.
Nam leo terribilis succumbit cassibus ursi,
Ingenium contra nec valet ulla fera.

Ex Antiquissimo Phrisiorum, inter alias familias splendida Generosa prosapia præfecto SERAPIO à GALAMA, nuꝑ ob virtutes innatas à proceribus Patriæ, ad signiferi dignitatem promoto, & unanimiter creato, ut majorũ vestigijs, prout cepit, diutius insistat, ad majora promovendo cognato suo, author. Salut. precatur.

TRes quia sunt numero Mundus caro spiritus hostes,
Quospius exsuperas fortia bella gerens.
Te fidei Clypeo firmes, Galeaque salutis,
Sermonis gladio corda tuere Dei
Spiritus his nequam, Mundus caro fervida, patris

Effugit, emoritur, lege docente perit.
Sponte creatorem rebus venerare creatis,
Illius ad laudem cuncta creata refer.

Nec non Nobilitate & virtute præstanti,
HOMMERO, ab IDZERDA, tam militiæ quám literarum studiosissimo, ante paucos menses ob virtutem in signiferum laudabiliter electo, affinis suo ut viam, quam ingressus est perficiat.

QVi rectos mores doctrina viribus ornant,
Vt vitam studijs convenienter agant.
Horum opera cœtus Christi formantur in orbe,
Sceptra per hos reges non peritura gerunt.
Hoc age præclaris IDZERDA *parentibus; orte,*
Pallada, Sophrosynen Martiaque arma cole.

Instructio ad Nobilem, magnæque spei, adolescentem IULIUM ab EYSINGA, juniorem, in aula Herois ERNESTI CASMIRI, Comitis Nassovii V. P. Confœd. *Marscalli* degentem cognatum peramandum, hæc observantem ad altiora promovendum.

ABstineas gladijs, tibi sit patientia tutrix
Iudicio vincas, & ratione malos,
Nil juvat externos studio componere mores
Iudicio careant si modo facta tua.
Vnde quis humana specie ratione tacente,
Si vigeat mutis annumerandus erit.
Numina ne tangas, nulli jurare momento,

Eff.

Est ita, vel non est, sit tibi sermo tuus.
Quicquid habes ultra, verbis adjungere missis,
Non valet à vero dissidet estque malum.
In sermone gravis, cura ut scurrilia cessent
Communem nec te cuilibet esse velis.

Ad SERAPIUM ab INTHIEMA filium Authoris unicum, ut ad majus ingenii culmen contendat, sibique ac matri suæ MARIAE à GALAMA, debitam obedientiam præstare discat, paterna admonitio.

TErra furit ceu læsa, gravique exæstuat ira,
Quod sibi contemptum jus genitoris habent.
Matris ob offensam, maledictus habebitur omnis
Filius ignavus, præcipiente Deo.
Tu quia progenie justa procedis avorum,
Disce precor vero consona verba loqui.
Ne Deus iratus te exosum in tartara mittat,
Radicem in terris nec sinat esse tuam
Iusta vigent, fucata ruunt, stat gloria veris
Tristior eventus persimulata venit.
Deinde manumissus, vitiorum labe carebis,
Iustitiæ servus sis, maneasque Deo.
Tunc te magnificum virtus celebrabit in orbe
Et laus perpetuæ posteritatis eris.

Ad animi alacritatem præ sese ferentem modestum, & magnæ spei nobilem juvenem RITZCONEM ab EYSINGHA Leow. Phris. diligenter literis incumbētem affinem suum perjucundū

QVò tibi longior in terris respondeat ætas,
Et videas merito sydera fausta pius.
In reprobos quæso, sensus procedere noli,
Pravorum hospitio desine, Ritzco frui.
Effuge delicias, quascunque apponere tentent
Commoveat pectus, vis nec odora tuum.

Ad omnes Christianas uxores tam nobiles, quã ignobiles, ut ab officio antistitis, ipsis masculis incumbente abstineant, & ad nutum paternum, liberos instrui, & emendari patiantur.

VIr caput uxoris, quia lege jubente tenetur,
Omnia judicijs disposuisse viri.
Gallus ubi taceat, cantat gallina ferali,
Carmine dissidijs plena, caduca domus.
Sic agitur domibus mulier, recubante marito,
Quas regit, ac nihili comparis ora facit.
Si pater abstineat virga neque verberet actu,
Filius in reprobum tendit abitque virum.
Degener adjutus rabie matrisque furore,
Peccat, & abscondit nulla pudenda patris.
Assiduisque notis reverentia rupta moratur,
Obsequium, gaudet deteriora sequi.
Imbuitur vitijs animus succumbit ab ira,
Et rapitur furijs per genus omne mali.
Admissumque scelus genius malus annotat albo,
Et testata facit crimina cuncta manu.
Interit arbitrium rectum, fit serva voluntas,
Strictaque compedibus furta maligna petit.
Turpis ab affectu, quicquid suggessit imago,
Peccati, servus cogitur ille sequi.

Motibus

Motibus ambiguis sursum trahiturque deorsum
Falsa voluptatis gaudia cæcus amat.
Corporis illecebris vitam consumit, & ipsam
Devius ingreditur, perditionis iter.

In Detestandum Zoylum, omnemque alium invidum.

INvidia horrendum monstrum turpissima pestis,
Quo nullum magis est exitiale malum.
Virtutem insequitur, lacerat benefacta bonosque
Distrahit, alterius tristis honore dolet.
Optima perturbat mendax quod ab arte negatur,
Invidiæ stimulis supplet, amara vomit.

FINIS.

INDEX

Omnium eorũ, quorum nomina hic reperiuntur, & quomodo unus alterũ in ordine sequi debeat: Prior numerus pag. secundus latus denotat.

A.

ANthonius Gunther Domin. & Comes in Oldenborch, & Delmenhorst. — *Fol.* 68.
Amaralit. in Doc. — — 75.
Abrahamus Rhoorda Deput. — — 73.
Albartus Ayssema Deput. — — 73.
Academia Franequeran. — — 102.
Andreas Hiddama — — — 85. *lat.* 1.
Aesgho à Popma. — — — 88.
Abbo à Botzma, natura optimi, & Christiani nobilis Hesseli à Botzma piæ memor senior filius — 88 *lat.* 2.

Abbo Bootzma, Jelgeri à Bootzma viri constantissimi piæ mem. filius in Husum. — — 89.
Auco Aysema vir candidus & literatissimus Deputatis Phrisiæ à secretis. — — — 97.
Andreas Roorda Professor. — — 102.
Adamus Phaffenraeth homo nobilis animi alacritate ardens, & jucundiss. — — — 100.
Adrianus Metius Professor. — — 102.

B.

Bocat à Feitzma Satrapagravis & præstās — 98
Bolswardiana Civitas splendida. — 78.
Boelhardus à Ripperda subditorum Dominus in Pethum. — — — 99.
Bernardus, sive Benericus ab Heringa. — 87.
Broerius Hannia I. V. D. & Academiæ Franequeranæ Secretarius. — — — 102.

C.

Christianus Quartus septentrionis Monarcha sive Rex Dan & Norw. — — 64.
Collegium Dominor. Deput. Phrisiæ. — 73.
Curia Provinc. Phrisiæ. — — — 74.
Carolus ab Unia. — — — 84.

D.

Doco à Botnia Satrapa strenuus. — 82.
Doccumensis Civitas — — 78.
Douwo ab Hottinga satrapa. — 85.
Dornum, cui præfulgent præstantissimi, Nobiles Cloesteriani. — — — 99.
Doco ab Hettinga. — — — 100.
Doctor Doco Eninga. — — — 91.

E.

Ernestus

ERnestus Casmirus, Comes Nassovius &c. Marescallus Divinis. & Fortissimus. — 87
Enno Orient. Phrisiæ Ritparga Eysinga & Witmundæ Comes. — — — 69.
Ernestus ab Ailua vir summus literatus, & Heroica, natura splendidus. — — 73.
Ernestus ab Harinxma. — — 72. & vid. 74.
Emdana Civitas celebris. — — 101.
Edo Neuhusius. — — — 93.

F.

GEnerosus, Strenuus, illustriq; ingenio, animi fortitudine & constantia præpollens Fredericus Baro in Swartsenborch nuper perductũ uxoris nobilissima Domicellæ Plettenborgica, à parte aviæ paternæ, ex antiquissima nobilium Hectoris Valderini Emdani quondam Domini oriundæ, familia nunc hæreditario jure Oldershemi ejusdem territorij providẽtia divina subditorũ Dominus factus, merũ & mixtum Imperium in eosdem exercens. — 99.
Fredericus à Vervou. — — 94.
Franciscus à Iongama. — — 74.
Franequer. Civit. — — — 78.
Franciscus ab Eysinga junior. — — 89.

G.

GEorgius Wilhelm. Princeps Brandenborgensis &c. — — — 65.
Georgius Lungh Regni Daniæ & Norwegiæ Marcschallus. — — — 79.
Groningana Civitas heroica. — — 101.
Gellius Hillama Senator. — — 76.
Gellius Iongestal — — — 75.
Georgius à Laukuma Chiliarchus expertiss. — 95.

Georgius Iongst. in Ameral. Docceti deputatus. — 76.
Georgius Ripperda militium — — 94.
Gabinius Foppens. D. — — — 91.

H.

HEnricus Princeps Orangiæ. — — 67
Harlingia. — — — 78.
Hero Vridach nobilissimus, literatus & candidus Dominus, in Godens, terræ Emdanæ. — 99.
Hobbo ab Ailua satrapa. — — 85
Hobbo Baert sat rapa. — — 76.
Hajo van Seheltama. — — 86.
Hero Henrici Biltan. — — 76.
Hindelopia. — — — 78.
Hesselus à Vervou satrap. — — — 94.
Hero ab Hottinga I. V. D. & Consul. — — 76.
Hommerus ab Hettinga. — — 100.
Hommerui ab Idzerda. — — — 104.
Hajo Elckama I. V. D. — — — 91.

I.

IAcobus Quartus Rex Angliæ &c. — 60.
Ilgerus à Feitzma Satr. & Senat. S. C. Prov. — 98
D. Iohan. Sakama Senat. — — 74.
Iohannes van den Sande. Senat. Phris. — 74.
Iulius ab Eysinga militum generalis vice Dux. — 97
Ioachimus Ripperda subditorum Dominus. — 94.
Idzardus ab Eminga. — — 100.
Ielto ab Eysinga. — — — 89.
Iohannes à Botzma. — — — eod.
Iulius ab Eysinga junior. — — 104.
Ioachim Andreæ I. V. D. — — 102.
Iohannes Maccovius. — — — 102.

Iohannes

Iohannes Veltius D. M. — — — 90.

K.

Kempo à Donia. Senat. præstant. — — 74

L.

Leowardia. — — 78.
Dom. Lælius à Licklama. 74.

M.

MAuritius Orangiæ &c. Princeps. 66
Marcus à Licklama Satrapa & Ordin. Generalibus confœderatarũ Provin. à cõsilÿs. 72.
Meinard. ab Idzerda Satrapa, & Deputatus Phrisiæ. 73
Mathias Frankena vice præfectus in Stellingwerf. 87.
Meinardus AEtzma I. V. D. — — 75.

N.

Nicolaus à Iongama Gener. Quæst. — — 82.

O.

ORicus à Doyem integerr. Senat. vitaque probitate splendens. — — 74.
Ottho Reinhardtz Hæreditarius in Horn, ibidemque officiarius honorand. — — 96.

P.

PIco Wickelius Deputa. Phrisiæ vir optimus. 73.
Petrus ab Eysinga. — — 80.
Dom Petrus Regemortes. — — 83.
Petrus à Walta. — — 86.
Petrus à Ripperda — — 99.

R.

ROmbartus Vlenborg Senator Phrisiæ —
Reimerus Haren. — —
Rhuardus à Iuckama. — — 84.
Reinholdt ab Inthiema Cap.
Risumani Nobiles à Dhelen — — 99.

S.

SIcco à Decama. — — 96.
Sibrandus ab Osinga Satrapa vir præstantiss. 73.

P 4 Suffridus

Suffridus Potterus Deput. **Phrisiæ** — — 73.
Sibrandus à Burmannia. — — — 100
Sneca, Stauria, Slota. — — 78.
Schotto à Beninga. — — — 99
Sixtus à Decama. — — — 86.
Sibrand. Lubberti Profess. — — — 102
Sixtus Arcerius. — — — 102
Sixtus Amama. — — — 102
Schelto Aysma. — — — 100
Serapius à Galama. — — — 105.

T.

Taco à Burmannia. — — — 71.
Tarquinius ab Herema satrap. — 83
Theotardus Eminga. — — 100.
Tado ab Adelen. — — — 95.
Timæus Faber. — — — 102

V.

Viglius ab Hannia. — — — 100.

VV.

Wilhelmus Princeps Nassow. — 26. & 28.
Worcomia Civit. maritima ex eadē prog.
Wilhelmus ab Inthiema militū Capitaneus.

ERRATA.

Quæ in paucis exemplaribus inter excudendū irrepserūt

In epist. dedicator. Pag. 2. *lin.* 10. *leg.* tert. P. 13. *l.* 6. *l.* delineatum. P. 20. *in nomine Domini* reijce P. 27. *l* 5. *l* erubescimus. In Epig. sive Carmin Pag. 53. *lin.* 4. *leg.* ruant *ibid.* *l.* 6. *l.* Zephyri P. 56. *l.* 8. (*quoque*) *reijce* P. 58. *l.* 3. *l.* injustitiam. *ibid.* *l* 6. *l.* hyemali. P. 59. *l* 18. *l.* serta. P. 65. *l* 10. *l.* conjugis. *eadem lin.* *l.* focos. *ibid.* *l.* 11. *l.* cæca *ibid.* P. 65. *l.* 12. *l.* dirimat. *lin* 21 invidia. *lin. ult.* *l.* aure. P. 66. *l.* 5. *l.* mereatur P. 67. *l.* 31. *l.* missum. *l.* 31. *l.* vires. P. 69. *l.* in doctos. P. 72. *l. ult.* *l.* quiete. P. 74. *l. ult.* *l.* captus. P. 98. *l* 3. *l.* fœnore. P. 99. *l.* 4. *l.* probra. P. 101. *vers.* 1. *l* perfosso. *ibid.* *vers.* 2. *l.* fui. P. 102. *l.* doctissimus Faber. P. 104. *l.* 7. *l.* affuit.